



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

Liber LXXXVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)



HISTORIÆ
ECCLESIASTICÆ

LIBER LXXXVII.

JOANNES XXI, TUM NICOLAUS III,
DEIN MARTINUS IV. SUMMI
PONTIFICES.

RUDOLPHUS I. OCCID. MICHAEL VIII,
POSTMODO ANDRONICUS II.
ORIENT. IMPP.

§. I.

Joannes XXI. Papa.

Rebus humanis erepto Papa Adria-
no V. Cardinales in Viterbiense pa-
latium, ut quam celerrime possent,
successorem eligerent, convenerunt. At
Hist. Eccles. Tom. XXII. *A* *urbis*

Sæcul. XIII.
A C. 1276.

av. Rayn.
1276. n. 31.
n. 32.

Sæcul. XIII. A.C. 1276. urbis incolæ secundum Gregorii X sanctionem conclavi eos includere volebant instigati per quosdam Præsules, ac Romanæ curiæ ministros, veluti Papæ scribas & procuratores. Cum Cardinales constitutionem de conclavi a Papa Adriano suspensam fuisse dicerent, Præsules afferebant contrarium, & urbis Magistratibus id persuaferant. Igitur Cardinales de communi sententia Archiepiscopum Corinthium Magistrumque Fratrum Prædicatorum Generalem cum Ordinis Procuratore miserunt, qui suspensionem in dubium vocatam promulgarent. Sed curiæ Romanæ procuratores cæterique pragmatici in promulgationis locum congregati Archiepiscopo cum sociis ibi litteras Cardinalium sigillis munitas proferente magnos clamores ac strepitus variis edebant modis, ne lectio audiretur. Quin immo in eum irruere, quædam a litteris quas tenebat, sigilla divellere, in eundem fustes jacere, gladiosque nudare audebant.

Rayn. n. 28.

Panebr. conat. p. 196.

181. *59.

Sup. lib. 70.

§. 31.

Quapropter arctius quam antea compressi Cardinales & in suffragia ire coacti 13 Sept. an. 1276 cooptarunt Petrum Julianum Lusitanum Cardinalem Episcopum Tusculanum, qui Joannis XXI nomen sibi ascivit. Vigésimus numerari debebat, quia posterior hujus nominis Papa erat decimus nonus, an. 1033 mortuus.

tuus. Verum aliqui pro Papa habebant Sæcul. XIII.
 Joannem Roberti filium, qui electus so- A C 1276.
 lum, non consecratus successorem habuit Lib. 57. f. 12
 Joannem decimum quintum an. 986. Pe-
 trus Julianus Ulyssipponenatus cunctas fa-
 cultates didicerat, ideo Clericus genera-
 lis dictus pro stylo illius temporis: spe-
 ciatim vero medicinæ cognitione cla-
 rus librum de ea scripsit sub titulo The-
 sauri pauperum, qui typis excusus est.
 Favebat egentibus litterarum studiosis, Mart. Pa-
 ac beneficia eis conferebat. lon.

Ante omnia coërcebat seditiosos, qui
 vacante sacra sede tumultum excitave-
 rant; & hoc fine 30 Sept. diploma edi-
 dit in hanc sententiam. Quamvis Pa-
 pa Gregorius X, ut incommodis ex lon- Sup. lib. 86.
 ga sacrae Sedis vacatione nascentibus §. 44.
 mederetur, in Concilio Lugdunensi san-
 ctionem de conclavi fecerit: experientia
 tamen docuit eam continere multa in-
 tolerabilia, obscura, & accelerando ne-
 gotio contraria. Idcirco Papa Adrianus
 in Lateranensi conclavi suo senatum ha-
 bens nobiscum cæterisque cum Cardina-
 libus solenniter suspendit omnem hu-
 jus constitutionis effectum. Post ejus
 obitum nos ac ex Fratibus nostris illi,
 qui præsentibus fuerant, viva voce & per
 signatas litteras nostras id testati sumus.
 At obstinati quidam nobis habere fidem
 recusabant: & alii perhibent, Papam Adria-
 num

Sæcul. XIII. num in letali lecto decumbentem hanc
A.C. 1276. suspensionem retractasse : quod falsum

Rayn. n. 30.

esse post accuratam indagationem com-
 perimus. Quocirca ne hæc suspensio in
 dubitationem adduci possit amplius, per
 præsentis litteras illam denuo testifica-
 mur, habemusque ratam, declarantes
 tamen, non hic nos sistere, sed intentio-
 nem Papæ Gregorii adjuvare, sique ca-
 sus ita ferat, electionem Papæ accele-
 randi modos præscribere actutum velle.

n. 31.

Eodem die Papa Joannes alias ede-
 bat litteras, in quibus seditionem Viter-
 bii factam referens illius contagione fœ-
 datis omnibus mandat, ut Cardinali E-
 piscopo Sabinensi, & designandis ejus so-
 ciis delictum suum confiteantur: alio-
 quin scribas, procuratores, & pragmati-
 cos Romanæ curiæ omnes beneficiis
 privatos asserit, nominatque viros, qui in

n. 34.

eos, ac eorum complices inquirent. Has
 duas litteras dedit, priusquam epistolam
 sui pontificatus indicem ad Episcopos
 circummitteret.

§. II.

*Jacobo I. Arragonicæ Regi mortuo
 succedit Petrus III.*

Papa spem belli sacri maxime posuerat
 in Jacobo I. Arragonum Rege a vi-
 ctoriis suis tam celebri, ut Maurorum
 domi-

domitor audiret. Sed hoc anno 1276 de Sæcul. XIII.
 cessit, postquam annos tres ac sexaginta A. C. 1276.
 regnaverat a morte Petri II. patris sui
 anni 1213 in prælio Murellano cæsi. *Mariana*
 cobus tricies cum Mauris pugnavit nun- *l. 14. c. 2.*
 quam non victor. 88 Mille circiter templa *Sup. lib. 87.*
 condidisse dicitur: nempe quam plurima *§. 28.*
 delubra Deo consecranda curavit. Sed *Sup. Lib. 86.*
 nimium foeminarum amorem sæpius illi *§. 56.*
 exprobrarunt summi Pontifices. Gravi-
 ter ægrum se videns vestem Cisterci-
 sem induit, in cœnobio Populetano, ubi
 humari voluit, reliquos vitæ dies acturus.
 At morbus id non admisit. Obiit Va-
 lentia 27 Julii, cum regnum Petro natu-
 majori filio, Baleares autem insulas sub
 titulo regni filio secundo tribuisset. Com-
 plures etiam filios naturales reliquit.

Septima Octobris eodem anno 1276
 Carolus Siciliae Rex Papæ Joanni addi- *Sup. l. 85.*
 cti clientis fidem ac obsequium pro re- *§. 35.*
 gno suo promisit iisdem conditionibus,
 quibus a Clemente IV. inauguratus fue-
 rat, ut scilicet servaretur ordo successio-
 nis, & corona Siciliae cum dignitate im-
 peratoria non jungeretur.

§. III.

*Contentio inter Gallia & Castella
Reges.*

Eodem tempore Papa comperit, Regem *Ragn. n. 47.*
 Franciæ Philippum statuisse de con-

Sæcul. XIII.
A.C. 1176

Id. 1277. n. 6.

Ibid. n. 3.

troverſia cum Alphonſo Caſtellæ Rege
habita armis decernere, quod illum im-
pediret a perſolvendo voto Palæſtinæ fe-
rendi ſuppeticas. Igitur Papa ei ſcripſit,
ut cum altero amice tranſigeret, & ad il-
lum miſit Joannem Vercellenſem Gene-
ralem Prædicatorum Magiſtrum, ac Hie-
ronymum Aſculanum Ordinis Minorum
Miniſtrum Generalem promoturos nego-
tium. Litteras dabat Viterbii 15 Octo-
bris: & his duobus Nunciis poteſtatem
fecit reſcindendi omnia pacta & obliga-
tiones paci obſtaculum forſitan poſituras,
& a juramentis, quibus eſſent firmatæ,
abſolvendi. Eodem fine ſcripſit ſuo in
Francia Legato Simoni Brieni Cardina-
li de S. Cæcilia, qui, cum eſſet Gallus, re-
gni proſperitatem ſingulari habebat cu-
ræ. Expoſuit ei, Concilium Lugdunen-
ſe ſacri belli cauſa generalem ſtatuiſſe pa-
cem inter omnes Principes Chriſtianos,
ac Præſulibus feciſſe copiam irrogandi
cenſuras iis, qui acquieſcere in illa nol-
lent. Idcirco volumus, addebat, ut Re-
gem Gallorum & cunctos ei adhærentes
ad abjiciendum conſilium belli contra
Caſtellæ Regem adigas, anathema in per-
ſonas, & interdictum in terras, ſi ex-
pedire cenſeas, contorquendo, inſuper
habita quavis immunitate a cenſuris.
Videmus hic inutilitatem hujusmodi
privilegiorum, quibus Papa, quoties
vole-

volebat, derogabat. Dedit 3 Martii an. Sæcul. XIII.
 1277. A. C. 1276.

Percipe modo causam belli contra Castiliam: Rex Alphonfus X duos habebat filios, Ferdinandum & Sanctium. Ferdinandus cognomine Delacardius natus major e sua conjuge Blanca S. Ludovici filia filios duos susceperat Alphonsum ac Ferdinandum, quos in ætate tenera reliquit an. 1275 moriens. Etsi Rex Alphonfus etiamnum viveret, Princeps Sanctius secundus filius ejus omnem sibi tribuens authoritatem, ordinum comitia Segoviam convocavit, ubi coronæ hæres nepotum suorum damno declaratus est. Quod ferendo impar horum avunculus, Rex Franciæ Philippus eorum jus sibi armis tuendum duxit.

*Mariana
lib. 14. c. 2.*

§. IV.

Universitatis Parisinæ dies festi.

Legatus Simon Briensis interea de festis diebus Universitatis Parisinæ præscriptum edidit, cujus hæc est summa: Ut audivimus, Academici his diebus loco pietatis charitatisque operum, quæ olim exercebant, vino se ingurgitant, epulis indulgent, choreas Clericis indignas ducunt, capiunt arma, & noctu turmatim per plateas eunt, clamorum insolentia tranquillitatem urbis turbantes

*Duboulay
to. 3. p. 431.*

Sæcul. XIII. magna laicorum offensione, nec sine suo
 A.C. 1276. periculo. Et quod multo minus tole-
 p. 432. randum, in templis ipsis, cum divinum
 celebrare officium deberent, supra altaria,
 in quibus sacra mysteria conficiuntur,
 talos jacere, ac inter lusum, ut fieri solet,
 impia in Deum cælitesque verba evome-
 re audent. Ut hi abusus tam noxii a
 pluribus annis introducti tollantur, omnes,
 qui eorum contagione se inquinabunt,
 ipso facto ab Ecclesiæ corpore sejunctos
 declaramus. Dabat Parisiis 6 Decembris
 an. 1276. Erat dies S. Nicolai unus e
 festis Universitatis.

§. V.

Errores condemnati.

Id. p. 430.

Modico abhinc tempore Universitas de-
 cretum fecerat, ut Doctores ac pri-
 ma donati laurea cujuscunque facultatis
 in locis tantum publicis, quo nemo non
 venire posset, quid ibi doceretur, fideli-
 ter alibi testaturus, non vero privatis in-
 domibus ob incommoda hinc forsitam e-
 ventura libros, exceptis solum gramma-
 tics logicisque nullam suspensionem mo-
 ventibus, explicarent; & aliter agentes
 a societate Magistrorum auditorumque
 secluderentur. Ita in Collegio Cister-
 ciensium statuit Conventus generalis
 an. 1276 die Mercurii ante Natalem
 SS. Vir-

SS. Virginis, nimirum primo Septem-Sæcul. XIII.
bris. A.C. 1277.

Sanctionis hujus prudentia patet ex litteris Papæ Joannis, qui emergere Parisiis errores contra fidem edoctus, Episcopo Stephano Temperio scripsit, ut eos indagaret, & ad ipsum referret. Episcopus haud cunctatus quarta jejunii verni Dominica 7 Martii eodem anno suam tulit sententiam, in qua dicit: Quidam eorum, qui liberales Parisiis artes discunt, ut per viros spectabiles ac veritatis studio ardentes comperimus, facultatis suæ limites transgressi audent defendere errores manifestos, ac execrabiles his indicibus contentos. Illas propositiones in libris ethnicorum vident, ac reputant tam convincentes, ut ad eas respondere nesciant. Dum eis colorem fucis illinere volunt, in alium incurrunt scopulum: nam perhibent, illas esse veras secundum Philosophum, nempe Aristotelem; sed non secundum fidem catholicam: quasi darentur duæ veritates contrariæ. Quapropter, ne simplices hujusmodi sermonibus in errores inducantur, habita cum Theologiæ Doctoribus aliisque deliberatione, illos errores penitus condemnamus, & anathemate ferimus omnes, qui docere illos aut defendere ausi fuerint, nisi septem intra dies se nobis vel Cancellario Parisino sistant.

A 5 pœnas

Rayn. 1277.

n. 9.

Duboulay

p. 423.

Bibl. PP.

Paris. to. 4.

p. 1143.

Sæcul. XIII.
A. C. 1277.

poenas meritas audituri. Per hanc sententiam damnamus pariter librum, qui inscriptus est Amor sive Deus amoris; librum de Geomantia inchoatum per hæc verba: *Existimatum fuit*; libros & chartas de necromantia, de experimentis fortilegis, de magicis evocationibus dæmonum, similibusque materiis agentes, fidei ac bonis moribus contrarias.

Duboulay
c. 434
Bibl. p. 1231.
Cap. I. art. I.

Tum referuntur propositiones damnatæ supra ducentas numero, e quibus memorabiliores feligere contentus ero, unde reliquæ conjici possint. In

art. 2.

Deo non est trias Personarum, quæ fo-
ciari nequit cum perfecta naturæ simplici-
tate. Deus non potest gignere perso-
nam sui similem: nam, quod generatur,

a. 3.

habet principium, a quo pendet. Deus

a. 6.

nihil cognoscit nisi se ipsum. Non pos-
set creare plures numero animas; nec

a. 6.

facere hominem sine causa propria, scili-
cet absque homine, qui sit pater. Nega-
bant etiam, fuisse unquam hominem pri-
mum: sed mundum ac generationes æ-

Cap. 5. a. 3.

c. I. a. 13.

ternas afferebant. Aliapropositio: Deus
futura contingentia haud cognoscit: nam

19. 21. 39.

non sunt entia, præterquam quod singu-
laria sint, & Deus per virtutem intelli-
gentiæ cognoscens singularia percipere

nequeat. Deus nihil novum producere
potest, nihil movere aliter, quam movet,

quia non habet diversas voluntates. In-

dividua

dividua

dividua ejusdem speciei sine materia multiplicare nequit. Hæc tamen erat opinio S. Thomæ, inde inferentis omnes Angelos specie inter se differre: ac Thomistæ hanc sententiam etiamnum tuentur. Causa prima est omnium remotissima. Huic fortuiti esse possunt eventus aliqui: & falsum est, eam ante destinasse omnia: alioqui cuncta necessario fierent.

Quantum ad intelligentiam & animam pertinet: humana intelligentia est æterna, quia nihil materiæ habet, per quam sit in potentia, priusquam in actu sit. Anima separata nihil ab igne patitur. Intelligentia est eadem universis in hominibus. Anima non est separabilis a corpore, & cum hujus dispositione simul corrumpitur. Intellectus patiens seu passivus nequit a corpore disjungi: sed agens est quædam substantia superior ac sejuncta. Ad voluntatem quod spectat: hæc & intelligentia non moventur actu per se ipsas, sed per causam æternam, nimirum per corpora coelestia. Voluntas, ut materia, non a se, sed a bono desiderabili, sicut materia ab agente, determinatur, ut vocant. Homo per affectionem agens per vim agit: ejus voluntas per cognitionem, sicut appetentia pecoris cogitur: nec abstinere se ille potest ab eo, quod ipsi ratio suadet. Nequit

Sæcul. XIII.
A. C. 1277.

44. 45.

I. par. q. 50.

4. 4.

c. 2. d. 4.

5.

6.

c. 3. d. 7.

9.

10.

12.

16.

18.

quit

Sæcul. XIII. quit esse peccatum in superioribus ani-
A.C. 1277. mæ facultatibus. Itaque per affectio-
 nem, non per voluntatem delinquitur.

23. Lex naturæ prohibet, ne animalia bruta
 occidantur, magis vero, ne perimantur
 animalia ratione prædita.
- 6.5. a.1. Quod ad mundum cœlumque attinet,
 2. 20. æternus est ille secundum species, quas
 22. continet; nec ibi novitas in effectu sine
 novitate in causa dari potest. Qui mun-
 dum integrum esse formatum ponit,
 26. spatium assumit vacuum, quia necessario
 prior est locato locus. Universum finiri
 nequit: quia primum agens materiam
 ab alia forma ad aliam transmittere per-
 petuo debet. Creatio non potest fieri,
 6.6. a.1. etsi secundum fidem contrarium sit te-
 6.8. a.3. nendum. Corpora cœlestia moventur
 per principium interius, quod est anima
 quædam. Diversa cœli signa indicant
 4. diversas hominum affectiones ad bona
 spiritualia æque ac temporalia. Per cer-
 ta itidem signa seu figuras intentiones
 6.9. a.3. hominum ac eventus sciri possunt. Fieri
 nequit ut accidens subjecto careat.
- 6.10. a.5. Studio philosophiæ nihil excellentius.
- 6.11. a.1. Non sufficit autoritas ad certi aliquid
 habendum in quæstione aliqua. Ratio-
 3. cinationes theologicæ fundantur in fabu-
 4. lis: & per illarum scientiam nemo fit
 6.12. doctior. Nec precandum, nec habenda
 sollicitudo de sepultura, nec confitendæ

culi curia &

loquuntur noxæ

noxæ sunt nisi ad gerendam honestatis speciem. Simplex concubitus non est peccatum. Continentiam virtutis natura non postulat. Philosophus non debet credere animarum reditum in corpora, quia fieri non potest. Homo pol- lens virtutibus ad intelligentiam & mo- res pertinentibus, de quibus Aristoteles agit, ad felicitatem perpetuam satis expeditus est. Beatitudo in hac vita da- tur, non in alia: & post mortem bona omnia amittuntur.

Hos errores e mala philosophia tunc regnante exortos esse facile videmus: & inter tot propositiones damnatas aliquæ non rejectæ mihi videntur, nisi quia præ- judicatis illius temporis opinionibus ad- versabantur; velut istæ: Angeli & ani- mæ separatæ a corporibus nusquam sunt; nec alicubi versantur præterquam per o- perationem suam. Cernimus hic etiam, cur S. Thomas cæterique illius sæculi Do- ctiores, tot quæstiones tractaverint, quæ nobis videntur inutiles.

§. VI.

*Otto Pro - Comes Mediolanum
intrat.*

Otto Pro - Comes an. 1262. in Mediola- nensem Archiepiscopum consecra- tus,

Sæcul. XIII.

A.C. 1277.

c. 14.

c. 15.

c. 16.

c. I. 4. 3.

25.

Sæcul. XIII. A.C. 1277. *Sup. lib. 85. §. 8. Corio p. 318.* tus, nondum capere sedis suæ possessionem potuerat, cum per Turrianorum factionem urbe exclusus esset: tandem vero mense Januario hujus anni 1277 eam intravit. Postquam conciliatis sibi Comensibus omnes Mediolano, Ticino, & Novaria extorres collegerat, Mediolanensem ingressus agrum prope oppidum Desium venit, ad quod Turriani castra posuerant. Cum dein nocte vigesimæ Januarii Desium, ubi Canonicus fuerat, intrasset, adjunctis ad partes suas viris oppidi præcipuis, prima luce copias promovit suas contra Turrianos inopinantes, ac vix habentes spatium sumendi arma. Acris pugna erat, qua Turriani victi, plurimique tum cæsi, tum capti fuerunt. Hoc die S. Agnetis factum: & accepto rei nuncio Mediolanum Archiepiscopi partes suscipiens, Oratores ad eum misit. Itaque die S. Vincentii 22 Januarii eo victor ingressus, universum Clerum populumque magna cum pompa sibi obvium habuit, ac protinus, ut sublata omni vindicta cives fraterna in concordia inter se viverent, edici jussit, id quod haud impediit, quin postea multi una cum Turrianis in exilium ejecti sint. Sic Otto Pro-Comes possessionem Ecclesiæ Mediolanensis adiit, quam decem & octo annis rexit, profani in urbe dominatus familiæ suæ comparandi fundamenta jaciens.

§. VII.

- Sæcul. XIII.
A. C. 1277.
n. 3. ejus per statum tam miserum excusabile fore insufurrans. Tum ei Deus inspiravit, ut Cortonam iret, & Fratrum Minorum consiliis pareret. Quod statim exequens, illis se singulari cum reverentia & veneratione submitit. Cum tertii Ordinis S. Francisci vestem poenitentiae consecratam humiliter flagitasset, illi, quod ætate ac pulchritudine tam florentem cernerent, rem diu distulerunt, ut emendatio ejus solida esset, veriti. Hoc probabiliter intervallum erat, quo Lavianum patriam suam rediit, & quadam dominica coram omni populo inter sacrificium divinum collo Zona sua circumdato ad pedes nobilis matronæ advoluta misericordiam implorabat cum lacrymis, per quas cunctis præsentibus fletum pariter commovebat. Idem faciebat non solum hominibus probis sed & maximorum criminum reis, quærebatque horrore tremens, an crederent, Deum ipsi propitium fore.
- n. 6.
- p. 310. n. 54.
- n. 53.
- Vading.*
1277. n. 12.
- Boll. p. 366.*
n. 39.
- Fratres Minores Cortonenses, cum ejus constantiam per triennium explorassent, denique an. 1277 tertii Ordinis vestem illi dederunt. Frater Rainaldus Aretii custos hanc ei gratiam fecit: & ab eo tempore Margarita in demissione, vitæ asperitate, omnique virtutum genere incrementa cepit. Montem Politianum, ubi maxime vitam mali exempli duxerat,

duxerat, petere volebat, ut ibi publice faceret fatis, seque contemptui omnium exponeret. Sed obstabat ei arcanus Judex suus Frater Junta Beragnius, sapienter judicans juveni poenitenti haud convenire itinera. Alias quoque nimium ejus fervorem cohibuit, quo illa sibi nasum labiumque superius novacula refecare statuerat. Cum viginti annos in poenitentia sua perseverasset, mortem optavit 22 Febr. an. 1297. Eius vitam Frater Junta scripsit: & Papa Urbanus VIII an. 1623 consensit, ut totus S. Francisci Ordo eam tanquam Beatam coleret.

saecul. XIII.
A. C. 1277.

n. 40.

Boll. p. 299.

§. VIII.

Obitus Papae Joannis XXI.

Papa Joannes longam sibi vitam spondebat: nec se continuit, quin hoc diceret. Sed agentem in conclavi novo, quod sibi ad palatium Viterbiense condicaverat, corruentis aedificii ligna & lapides ita vulnerarunt, ut post sex dies acceptis omnibus morientium Sacramentis obiret 16 Maji festo Pentecostes an. 1277. Sepultus est Viterbii ad S. Laurentium. Sacram Sedem tenuerat octo mensibus, quæ semestri & octo dierum spatio vacavit. Carpitur, quod incautus ac praecipuus in verbis suis fuerit.

Martin.
Polon. Chr.
Papabr. con-
nat. p. 59.
Rayn. n. 19.

Sæcul. XIII.
A. C. 1277.

§. IX.

Legatio Græcorum.

Rayn. n. 21.
Vading.
n. 45.
Allat. conf.
p. 738.

Vacante Sede Apostolica Viterbium advenit Legatio Imperatoris Michaëlis Palæologi, epistolis ad Papam Joannem pluribus instructa. Prima erat Imperatoris. Recepti, agebat, Papæ Nuncios, videlicet Jacobum Episcopum Ferentinum, Godefridum Episcopum Taurinensem, ac ex Ordine Prædicatorum Rainardum Priorem cœnobii Viterbienfis, & Salvium Theologiæ Professore, qui antecessoris tui litteras mihi tradidere. Piissimo appetitas osculo cum satis intellexissem, Ecclesiarum reconciliatio liquidissimo me gaudio perfudit. Tum de iis, quæ restabant exequenda, cum Nunciis tuis locutus, me professionem fidei Romanæ accipere, scripto testificabar. Idem agebant Imperator filius meus natus major, Patriarcha, cæterique Ecclesiæ ad Ortum Præsules nobiscum congregati, Ecclesiæ Romanæ primatum, & reliqua litteris tuis contenta, agnoscentes. Plura ex Legatis meis audies, qui sunt Theodorus Metropolita Cizycenus, Melitiniota Ecclesiæ Constantinopolitanæ Scriniorum Magister, Cleri imperatorii Archidiaconus, Georgius Metochita Cleri reliqui Archidiaconus; & qui nobis a secretis sunt, Angelus, Joannes, & Andronicus. Trade-

Tradebant aliam quoque Imperatoris *Sæcul. XIII.*
 Michaëlis epistolam, cui inserta erat illa, *A. C. 1277*
 quam ad Papam Gregorium X miserat, *Rayn. n. 27.*
 & quæ professionem fidei a Clemente IV *Sup. lib. 85.*
 præscriptam continebat. Imperator dein *S. 55.*
 addebat approbationem juramenti per
 Magnum Logothetam in Lugdunensi
 concilio nomine suo dicti, scilicet illius,
 quod Imperator ipse coram Nunciis Pa-
 pæ dederat. Hæc epistola etiam Joan-
 ni XXI inscripta erat Constantinopoli
 mense Aprili Indictione quinta, anno
 6785, nimirum 1277. Litteræ, quas
 Andronicus Michaëlis filius natu major,
 & ad Imperium adscitus scripserat, lon-
 gas tantummodo verborum lautitias com- *Rayn. n. 30.*
 plectuntur, in quibus testatur, se re- *All. p. 743.*
 conciliationem magnopere desiderasse.
 Sed historiæ series dat locum suspicio-
 ni, hunc Principem nonnisi patri suo ob-
 sequium præstandi causa sic scripsisse.

Novi Patriarchæ Joannis Vecci epi- *Rayn. n. 34.*
 stola est magis seria, in qua ita loquitur: *All. p. 746.*
 Vestri Nuncii feliciter advenerunt ad *to. XI. conc.*
 Imperatores nostros Dominos, ad nos, *p. 1033.*
 & ad concilium reliquum ex majore,
 quod nuper apud nos est habitum. Ex
 litteris synodicis, quas vobis exhibebi-
 mus, cernetis, quomodo reconciliatio-
 nem habuerimus ratam, & confirmave-
 rimus per subscriptiones nostras, quæ
 inter nos jurisjurandi locum tenent.

B 2

Id

Sæcul. XIII.

A.C. 1277.

Id videbitis etiam hac in epistola, in qua coram Deo, & Angelis ejus omnino ejuramus schisma Romam veterem inter ac novam, quæ nostra est, male introductum. Agnoscimus primatum Sedis apostolicæ: ad hujus sinum revertimur; & spondemus, nos ei conservaturos omnes prærogativas, quas ipsi tribuerunt ei, qui ante schisma Constantinopolitanam tenuerunt sedem, & omnia privilegia, quæ Imperatores eidem concesserunt. Tanquam consecrarium primatus Ecclesiæ Romanæ profiteamur, Papam habere plenitudinem potestatis; & quemadmodum ad tuendam fidem præ cæteris adstrictus sit, ita fidei quæstiones per ejus judicium decidendas esse. Ad hanc Ecclesiam appellare possunt omnes illi, qui se violatos vident in rebus ad jurisdictionem ecclesiasticam pertinentibus: omnes Ecclesiæ illi sunt obnoxie, cunctique Præsules ei venerationem debent ac obedientiam. Illa est, quæ reliquarum Ecclesiarum, præsertim Patriarchalium privilegia confirmavit.

Joannes Veccus deinde addit suam fidei professionem parum diversam ab illa, quam summi Pontifices Clemens IV & Gregorius X miserant. Nam etsi valde catholica sit, punctum de processione Spiritus Sancti est majore verborum numero involutum, quæ postea Græcis hac de

*Rayn. n. 36.**v. Pachym.**l. 6. c. 17.*

de re litigandi occasionem præbuere. **Sæcul. XIII.**
 Tum loquitur de baptismo, de pœnitentia, de flammis piacularibus, ac de operibus bonis pro mortuis. **A.C. 1277.**
 Agnoscit septem Sacramenta; confirmationem, ab Episcopis per impositionem manuum & sanctum Chrisma, sed & a Sacerdotibus apud Græcos conferri solitam; extremam unctionem secundum doctrinam Apostoli S. Jacobi; Eucharistiam, seu ex pane azymo pro more Ecclesiæ Romanæ, seu ex pane fermentato pro consuetudine Græcorum salva transformatione consecratam; Sacramenta Ordinis, & matrimonii, quod ter aut sæpius iterari queat. Hæc epistola, sicut imperatoria data est mense Aprili anno 1277.

§. X.

Animadversiones in schismaticis.

Tribus post mensibus Patriarcha Vetus litteras edidit, in quibus ait: Notum vobis facimus, in concilio Constantinopolim convocato ad examen schismatis dudum Ecclesiam Latinam inter ac Græcam exorti a nobis anathemate percussos esse omnes illos, qui sanctam Ecclesiam Romanam, cæterarum Ecclesiarum omnium matrem caputque, ac fidei orthodoxæ Magistram

*Rayn. n. 48.
 Conc. p. 1037*

Sæcul. XIII.
A.C. 1277

ejusque Pontificem Maximum omnium Christianorum, seu Diaconi, seu Sacerdotes, seu Episcopi, & cujuscunque dignitatis essent, primum pastorem esse non agnoscerent. Proscripsimus etiam reliquos omnes schismaticos, sive dignitate senatoria, sive imperatoria polleant, seu qualiscunque status sint; & cum eis Nicephorum Ducam, qui Despotæ titulum sibi asserit, & Joannem Ducam Patremsem Syntocratoris nomine insignem, tanquam perturbatores reconciliationis, eamque colentium vexatores. Dabat ad S. Sophiam die Veneris 16 Julii 1277 *indictione quinta.* Nicephorus & Joannes patrem habuerant Michaëlem Comnenum Epiri ac Ætoliæ Despotam, & ex odio reconciliationis contra Imperatorem Michaëlem confurrexerant.

Ducang. hist.
C.P. p. 194.

Gregoras
l. 5. c. 2. n. 4.

Nam violentiæ, quas ad eam promovendam exercuit, vehementer exasperarunt animos. Doctiores e schismaticis perstiterunt in sententia, & Imperatoris conatibus pertinaciter repugnarunt. Sed parvo erant numero. Multitudo ac populus rudis novitatum semper amans ciliis induiti se varias in regiones, quæ Imperatorem non agnoscebant, disperse-
runt; in Moream, Achajam, Thessaliam, Colchidem. Errabant huc illuc separati a Græcis reliquis, & inter se ipsos divisi. Diversa sibi nomina tribuebant:
Patriar-

Patriarchæ Arsenii sectatores se alii, alii Sæcul. XIII.
 affectas Josephi se dicebant, vel alias per A. C. 1277.
 larvas se decipiebant, & alios. Quidam
 etiam oracula per urbes pagosque spar-
 gebant, veluti si visiones habuissent: id
 agebant lucri gratia, quod eos hoc in sta-
 tu detinebat.

§. XI.

Nicolaus III. Papa.

Imperatoris Michaëlis Legati expecta-
 bant Papæ novi electionem, quæ non-
 nisi die S. Catharinæ 25. Nov. an. 1277
 facta cecidit in Joannem Cajetanum Ro-
 manum ex Ursinorum profapia. Cardina-
 lem Diaconum tit. S. Nicolai, unde sibi
 nomen Nicolai III assumpsit. S. Fran-
 ciscus, cui eum etiamnum puerum pater
 suus, qui tertii erat Ordinis, stiterat, præ-
 dixit, illum, etsi vestem ipsius gesturus
 non esset, Ordinis tamen sui tutorem,
 ac denique orbis arbitrum fore. In Ec-
 clesiis Eboracensi, Sueffionensi, & Lau-
 dunensi beneficia habuit. A Papa In-
 nocentio IV Cardinalis creatus, Fratrum
 Minorum defensorem egit. Eximia cor-
 poris specie tamque compositis erat mo-
 ribus, ut eum multi Modestum appella-
 rent: ejus prudentia quoque & in re-
 sponis suis maturitas laudabatur. In
 summum electus Pontificem, relicto bre-

*Jord. ap.
Rayn. n. 53.*

*Bern. Guid.
Chr. Ptol.
Luc.*

n. 55.

Sæcul XIII vi Viterbio a XII Dec. Romæ agebat :
 A.C. 1278. ubi Sacerdotio inauguratus, consecratus
 dein, & solenni ritu coronatus fuit in
 n. 58. S. Petri die S. Stephani 26 ejusdem men-
 sis, quæ erat Dominica. Apostolicam
 Sedem duobus annis & 9 mensibus
 tenuit.

Rayn. n. eod. Initio sequentis anni de more circum-
 missa ad Episcopos epistola sui electio-
 nem indicans in eorum preces se com-
 mendavit. Dabat 15 Jan. ann. 1278 eo-
 demque die hac de re etiam Regi Gal-
 liæ Philippo scripsit.

§. XII.

Creatio Cardinalium.

Sabbato trimestris ecclesiastici verno in
 jejunio 12 Martii Papa Nicolaus no-
 vem designavit Cardinales, scilicet Phi-
Auberi n. 271 lippum Episcopum Firmensem pontifi-
Ughell. to. I. cium in Hungaria Legatum, Episcopum
p. 271. Prænestinum. Ordognum Lusitanum
p. 307. Archiepiscopum Braccarensem ab epis-
Vad. 1278. copatu Tusculano translatum. Benti-
n. 22. vengium Ordinis Minorum Aquæspartæ
 in Umbria natum, Episcopum Tuderti-
 num: Nicolao III, antequam Papa esset,
 a sacello & confessionibus erat, ab eo-
 dem, postquam apostolicum thronum
Ughell. t. I. conscenderat, Cardinalis Episcopus Al-
p. 85. banensis loco S. Bonaventuræ creatus,
 cum

cum hæc sedes propemodum triennio vacasset. Latinum Malebranchium Romanum filium sororis Papæ Nicolai & cujusdam Brancaleonis, sed in Ursinorum familiam adoptatum. Ordinem Prædicatorum ingressus, Parisiis litteras didicit, & Doctoris titulum accepit. Erat Prior ad S. Sabinam Romæ, quando eum Papa avunculus suus Cardinalem Episcopum Ostiensem renunciavit. Robertum Kilvarbium Ordinis Prædicatorum a sexennio Archiepiscopum Cantuariensem. Papa ad se vocatum ad sedem Portuensem transtulit Cardinalem faciens. Robertus igitur relicto Archiepiscopatu suo in Italiam profectus, cum Viterbium advenisset, ibi supremum vitæ diem egit an. 1280 non sine suspitione veneni sibi porrecti. Gerardum Biancum ex territorio Parmensi Ecclesiæ Cathedralis Canonicum doctrina insignem Papa Nicolaus Cardinalem Presbyterum tit. duodecim Apostolorum dixit.

Hieronymus Asculensis e Marchia Anconitana post S. Bonaventuram Minister Ordinis FF. Minorum Generalis cum Joanne Vercellensi Magistro Prædicatorum Generali apud Regem Galliæ cum Castiliæ Rege conciliandum Legatus erat, quando eum Papa Nicolaus Cardinalem Presbyterum tit. S. Potentianæ declaravit: simulque Franciæ Præsules

Sæcul. XIII.
A.C. 1278.

Villan. l. 7.
c. 54.

Sup. Lib 86.
p. 17.

Ughell. t. I.
p. 162.

Ibid. p. 199.

Vading.

1274. n. 3.

1274. n. 32.

1277. n. 7.

Sup. p. 3.

Vading.

1278. n. 19.

20. 21.

Sæcul. XIII.
A. C. 1278.
 subsidium ei tanquam Legato dari solitum augere iussit, ut hic novam dignitatem suam sustinendo par esset. Hieronymus tamen hoc additamentum renuens, dignitatem ipsam non accepit nisi metu offendendi Ordinem suum. Sed quia illum Papa Cardinalem efficiens Fratrum Minorum Ministrum *antehac* Generalem nominabat, ille se Ordinis Præfectura liberatum credidit, novoque Papæ mandato fuit opus, ut muneris functiones prosequeretur. Papa Nicolaus etiam Jordanum de Ursinis fratrem suum puritate morum spectabilem Cardinalem Diaconum tit. S. Eustachii, ac denique Jacobum Columnam magnæ virtutis & maturitatis virum designavit Cardinalem Diaconum tit. S. Mariæ *in via lata*. Id egit rogante Joanne, Columnarum familiæ capite, cognato suo, ut ista Ursinorum profapiæ suppetias ferret contra Annibaldos ipsius inimicos, cum antea hos adjuvisset. Ecce novem Cardinales 12 Martii an. 1278 renunciatos.

Ptol. Luc.
ap. Rayn.
1277. n. 58.
J. Villani.
l. 7. c. 54.

§. XIII.

Legatio Tartarorum.

Haud multo post Papa remisit Legatos Abagæ Tartarorum Cani, a Papa Joanne XXI receptos. Anno 1276 in Franciam delati, cum Rex Philippus sacram

Rayn. 1278.
n. 17.

cram induisset crucem, nationis suæ auxilium ei promiserant, si contra Sarracenos in Syriam moveret. Verum dubitabat Gallia, verine Legati, an exploratores essent: non enim Tartari, sed Georgiani erant Christiani, Tartaris plane obnoxii. Papa tamen hanc Legationem serio accepisse videtur ex epistola ad Abagam 1 April. an. 1278 scripta, in qua ei sanam religionem suadet, Tartaros Christo adjungendi gratia quinque Fratres Minores mittens, Gerardum Pratanum, Antonium Parmensem, Joannem a S. Agatha, Andream Florentinum, & Matthæum Aretinum, quibus amplam fecit potestatem, præsertim tollendi censuras, absolutiones dandi, ac legum gratiam faciendi. Sed effectus hujus missionis non cernimus, etsi legamus, Fratrum Minorum opera multos circa Hungariam Tartaros ad Christi cultum adductos esse, ita, ut Papa Episcopum ibi constituendum duceret.

Sæcul. XIII.

A.C. 1278.

Nang. Chr.
1276.

Vading.

1278. n. 10.

ibid. n. 11.

§. XIV.

*Discordia inter Christianos
Orientis.*

Belli sacri successus aliquis sperari potuisset, si Christiani minus inter se discrepassent. Sed Principes Europæ contra se mutuo armati erant, & Franci trans-

Sæcul. XIII. transmarini haud consentiebant amplius.
A. C. 1278. Boamundus VI Antiochiæ Princeps ac
Sauut. p. 216 Tripolis Comes 11 Maji an. 1275 mo-
Lign. d' Ou- riens pro successore suum teneræ ætatis
trém. p. 368. filium Boamundum VII reliquerat sub
 cura matris ac Episcopi Dertofani: hæc
 autem erat Sybilla Haitonis Armenorum
 Regis filia. Hugo III Rex Cypri, tan-
 quam cognatus, Tripolim, ubi juvenis
 Princeps residebat, ad capeffendum re-
 gimen profectus, cum Episcopus Tertofanus a matre vocatus ipsum prævenisset, Ptolemaidem se contulit. Princeps vita functus apud se Romanos habuerat, qui terras ejus gubernabant, multosque offenderant Nobiles. Quocirca post ejus mortem magno tumultu Tripoli facto e Romanis illis tres necati sunt. Episcopo Tripolitano, qui pariter Romanus erat, eos tuente, Dertofanus Episcopus Administrator Nobilium partes suscipiebat. Hæc dissensio inter Episcopos plurimum dein malorum radix fuit præsertim diffidii Principem inter ac Templarios. Qui Gibeleti Dominum inter ac Episcopum Tripolitanum pactionem conflarunt: unde factum, ut Episcopus Dertofanus hunc Dominum Principi exosum redderet.

Sauut. p. 228 Interea Bondocdarus Ægypti Sultanus,
Abulfar. Christianorum hostis terrificentissimus,
p. 359. ut Tartaros quendam locum suum
 ad

ad Euphratem situm oppugnare compe-
 rit, in eos movens sexies mille hominum
 multitudinem invasit: sed profligatis co-
 piis suis ex accepto vulnere decessit 15
 Aprilis an. 1277, Epochæ Arabicæ 676
 postquam septendecim annos regnave-
 rat. Duos reliquit filios, quorum alter
 alteri successit: sed utriusque regimen
 biennio tantum duravit: & an. 678. 1279
 electus est Sultanus Saifeddin Kelaun
 cognomento Elalfus, qui undecim annis
 rerum summæ præfuit. Hoc intervallo
 Christianis bella se offerebat occasio, si ea
 uti scivissent.

Sæcul. XIII.
 A. C. 1278.

Procop.
 suppl. p. 10.
 Bibl. Orient.
 p. 206.

Rayn. 1279.
 n. 44.

Sed malevolentia inter eos tanta e-
 rat, ut Antiochiæ Princeps Episcopum
 Tripolitanum e templo ipsius expelleret,
 ejus bona occuparet, eidem subditos ma-
 le haberet, domum, quam Templarii E-
 quites Tripoli possidebant, & quo ille cum
 domesticis suis se receperat, erectis con-
 tra machinis per copias tum Christianas
 tum Saracenas obsideret, ejecto dein E-
 piscopo diriperet, & Saracenis ibi reli-
 ctis custodiendam traderet. Episcopus
 Tripolitanus Principem & facti socios a-
 nathemate, urbem interdicto affecit.
 Hæc singula rei capita nos docet quæ-
 dam Papæ Nicolai ad hunc Principem e-
 pistola 1 Junii an. 1279 scripta, in qua
 has ei violentias vehementer exprobrans
 minitatur, se contra ipsum trium Ordini-
 num

Sæcul. XIII. num. militarium Equites, nimirum Tem-
A.C. 1278. plarios, Teutonicosque, ac Hospitalarios
 concitaturum esse.

§. XV.

*Rudolphus Ecclesiæ Romanæ jura
 confirmat.*

Papa Nicolaus jam inde ab initio sui pontificatus magnam gerebat curam firmandi, amplificandique temporalia Ecclesiæ Romanæ per Italiam jura tam apud Rudolphum Romanorum Imperatorem, quam apud Carolum Siciliæ Regem. Ad Rudolphum quod attinet, omnes Imperatorum donationes ratas habuit secundum tractationem hujus rei per Gregorium X in Lugdunensi concilio inchoatam: & hoc sine Conrado Tubingano Fratrum Minorum Ministro per Germaniam Superiorem Provinciali amplam dedit potestatem confirmandi omnia, quæ cum Gregorio acta erant, & consentiendi, ut Ecclesia Romana adiret possessionem bonorum omnium illis donationibus contentorum. Procuracionem 19 Jan. an. 1278 Conrado detulit. Qui proinde Romam profectus, ibi 4. Maji coram Papa & duodecim Cardinalibus muneri suo fecit satis.

Rayn. n. 45.

n. 47. 48. &c.

At interea Rudolphus Regis Romanorum Cancellarius in Italiam ad Imperii jura ibi recuperanda missus multis in urbibus Status Ecclesiastici, inter alias Bononiæ, Fori-Cornelii, Faventiæ, Fori Livii, Cesenæ, Ravennæ, Arimini, Urbinique Regi fidelitatis jusjurandum dicitur curavit. Cum Papa hac de re conquestus esset, Rex Rudolphus Cancellario suo contradicens, illi Godefridum Soliensem in diœcesi Salisburgensi Præpositum, suum Archigrammateum (Protonotarium vocant) misit, qui Viterbii in frequente Senatu pontificio Regis Rudolphi nomine juramenta his in urbibus edita declaravit nulla, easque ad Romanam Ecclesiam pertinere agnovit. Tabulas publicas dedit 30 Jun. an. 1278.

Harum urbium & totius Regionis Æmiliæ possessionem capturus Papa eo Legatum misit suum nepotem Latinum Cardinalem Episcopum Ostiensem. Cognatos enim suos magnopere amabat, dicebaturque post boni exempli vitam in juventute sua, immo etiam in purpura ductam, eorum persuasu, ut fortunis aufercerent, magna suscepisse molimina usque ad sacrorum nundinationem, ita, ut modico, quo vivebat, tempore illos fundis, arcibus, ac præsentem pecunia ditiores omnibus Romanis redderet. Præterea, ut ajebant, Regem Rudolphum, ut

Sæcul. XIII.
A. C. 1278.

n. 51.

n. 53.

n. 55.

Sæcul. XIII.
A.C. 1278.

Malefp.
c. 204.

Rayn. n. 57.

ut Bononiam ipsi ac Æmiliam (Romanolam vocant) cederet, solverat religione voti terram petendi sacram, pœnaque, in quam is incurrerat, illi non faciens latis. Ita loquitur Ricordanus Malespinus Florentinus illius temporis scriptor. Ut autem Rex Rudolphus de Romanæ Ecclesiæ jure in Æmiliam, urbesque in quæstione positas penitus edoceretur, Papa ei misit exempla seu apographa jurium suorum, nempe donationis, quam Imperator Ludovicus Pius fecerat, & confirmationum, quas Otto I & S. Henricus dederant, postquam earum archetypa Fratri Conrado Rudolphi Procuratori monstraverat.

§. XVI.

Fœdus cum Carolo Rege Siciliae.

Rayn. n. 64.

n. 66.

Quod spectat ad Regem Siciliae Carolum, Papa Nicolaus Regem Rudolphum monuit, ut fœdus cum illo percuteret; ac hoc sine Fratrem Conradum Romæ retinuit, cui Religioso Rudolphus reapse 5 Sept. an. 1278 hanc pactionem ex Papæ arbitrio conficiendi potestatem plenam dedit, junxitque suum Archigrammateum Godefridum eadem facultate præditum. Inter alias condiciones postulatum est, ut Carolus Imperii Vicarius per Hetruriam esse desineret secundum

dum promissionem, quam Papa 24 Maji ab ipso exegisset, ob Siciliam clientis fidem & obsequium spondente. Poposcit etiam, ut Rex Carolus dignitatem Senatoris Romæ a Clemente IV sibi an. 1261 collatam deponeret. Id quod Malespianus Florentinus adscribit Papæ animo hunc in Principem minus æquo, quippe qui affinitatem ipsius recusasset. Papa enim Nicolaus, ut ille ait, Regem Carolum rogari curaverat, ut unam de neptibus suis uni nepotum Papæ in matrimonium traderet: Rex vero consentire noluerat, inquit: Etsi calceos gerat rubros, familia tamen ejus cum nostra jungi non meretur, ac ejus terræ non sunt hæreditariæ. Quam ob rem iratus Papa ei omnibus in rebus clam adversabatur. Sic ille historicus.

Eodem tempore, nempe 17 Julii Papa constitutionem edidit, in qua Constantini donationem pro fundamento summæ potestatis in urbem Romanam ponens asserit, temporalem hanc potestatem Papæ & Cardinalibus suggerere rationem spirituales suas functiones libere exercendi. Vehementer exaggerat mala novissimis temporibus per extraneorum regimen Romæ illata: præcipitque, ne cui Imperatori, Regi, Principi, aliive Domino titulis aut potentia insigni deinceps Romæ gubernatio Senatoris, Præfe-

*Sæcul. XIII.
A. C. 1278.*

n. 69.

*Sup. l. 85.
c. 15.*

c. 204.

*Ragn. n. 47.
c. Fundamenta 17. de
elect. in 6.*

Hist. Ecclæs. Tom. XXI.

C eti

Sæcul. XIII. cti, Patricii, vel alio quocunque nomine
 A. C. 1278. deferatur; ac nequis hoc munus ultra
 annum obeat.

§. XVII.

Ecclesia Anglica.

Anglorum Rex Eduardus Papæ exponi curaverat suum propositum sacræ militiæ nomen dandi, & Palæstinæ suppetias eundi: ideoque secundum mentem Concilii Lugdunensis postulabat decimas: sed has anticipare cupiebat, nisi hoc iter faceret, restitutionem spondens. Papa de consilio Cardinalium ei sic respondit: Postquam solenni ritu crucem indueris, parati sumus tibi concedere decimas usque ad tempus generalis transitus fideliter custodiendas. At religio nos jubet invigilare his decimis bene adhibendis ita, ut reapse in emolumentum Palæstinæ cedant. Igitur non videmus, quomodo pecuniæ vixdum provenientis usum diu ante trajectum maris permittere possimus. Attamen, quando crucis militiam inieris, illis de pecuniis viginti quinque selibrarum millia tibi tradenda curabimus fidem danti, te ad primum sacræ sedis mandatum ea redditurum esse, si transmarinum iter non suscipias. Scribebat 1. Aug. an. 1278.

Cum

Cum Robertus Kiluarbius sacra donatus purpura longam Angliæ salutem dixisset, monachi Cantuarienses Robertum Burnelium Episcopum Bathoniensem regiumque Cancellarium elegerant. Sed Papa infirmatis eorum suffragiis vacuam sedem Joanni Becano Ord. Minorum tribuit. Is in Suffexia obscurus natus parentibus, litteris operam Oxonii primum, dein Parisiis dedit, ubi Doctoribus adscriptus Theologiam tradidit. Postea ex Ordinis sui Ministro per Angliam Provinciali Romæ sacri palatii Magister evasit. Erat Ordinis sui studiosissimus, multa pro ratione illius temporis pangebatur carmina, eleganti gestu verbisque aptissimis animi sui sensus exprimebat, mitemque ac liberalem habebat indolem. A Papa ipso consecratus sequente demum anno in Angliam revenit. Amplum Ecclesiæ Lugdunensis sacerdotium (canonicatum vocant) possidebat, & per omnem vitam servabat suam, eo fugiturus, si forte in exilium mitteretur a Rege, cui sæpe fortiter obstitabat. Cantuariæ sedit annos tredecim ac dimidium.

§. XVIII.

Concilium Compendiense.

In Francia Collegia Ecclesiarum cathedralium crebras cum Episcopis suis

C 2

con-

Sæcul XIII.

A.C. 1278.

*Matth.**Westmon.*

p. 409.

Chr. Trived.

an. 1279.

Vading.

1279 n. 14.

Es de scrip.

p. 217.

*Godvin. de**Presul.*

p. 342.

Sæcul.XIII.
A.C.1278.

Marlot.t.2.
p.570.

* de Prés

p. 521.

to.II. conc.
p. 1031.

controversias habebant, assererantque sibi jus suspendendi divinum officium, urbemque interdicto percellendi ad conservandam libertatem suam. Collegium Remense Archiepiscopi tribunum capitalem & aliquot hujus apparitores damnavit, ut nudis pedibus, & aperto capite cum fenestris e collo pendulis publicæ supplicationi adessent; urbemque postea interdicto affecit, donec Archiepiscopus fecisset satis pro injuria, quam accepisse se perhibebant. E contrario Novioduni Episcopus Guido * Depresius, cum quosdam Canonicorum apparitores in carcerem compegisset, conscenso suggestu irritam esse declaravit sanctionem, qua illi divinum inhibuissent officium.

His mali exempli rebus allaturus remedia Petrus Barbetius Archiepiscopus Remensis Compendii concilium provinciale habuit, cui intererant octo ejus Suffraganei, nempe Milo Episcopus Sueffionensis, Reginaldus Bellovacensis, Guido Noviodunensis, Boso Noviomagensis, Enguerranus Cameracensis, Philippus Tornacensis, Henricus Tarvannensis, & Gualterius Silvanectanus. Statuebant vero, quod sequitur. Collegia Ecclesiarum cathedralium nostræ provinciæ spiritualem in nos, quorum sub ditione sunt, potestatem sibi vendicantia interdum lites nobis inferunt, quandoque a divino cessant officio.

cio. Itaque unanimi consensu sancimus, ut, Sæcul. XIII.
A.C. 1278.
 quotiescunque inter aliquem e nobis ac
 ejus collegium controversia fuerit orta,
 alter alterum tanquam fratres adjuve-
 mus seu ad pacem reducendam, si fieri
 queat, seu ad tuendum jus nostrum, us-
 que eo, ut subsidium pecuniarium mitta-
 mus illi, qui causam defendendam ha-
 buerit. Atque ut hæc negotia majore
 geramus authoritate, neve odio in colle-
 gia ferri videamur, quolibet anno Pari-
 sios ante decimum quintum a Penteco-
 ste diem conveniemus, de rebus nostris
 deliberaturi, ne causam ullam contra col-
 legia sine recto maturoque consilio pro-
 sequamur. Hoc decretum dabatur die
 Jovis ante sacra Palmaria an. 1277, scili-
 cet 7 Apr. an. 1278 ante Pascha.

Cardinalis Simon Briensis pontificius
 in Francia Legatus favebat Canonicis,
 quos inter & ipse erat tanquam præse-
 ctus thesauro Ecclesiæ Turonensis S. Mar-
 tini: & rogatus arbiter litis inter Archie-
 piscopum Petrum Barbetium atque Col-
 legium Remense, decisionem fecit, quam
 multi simoniam Canonicorum vocabant
 alludendo ad nomen Legati, quasi Cano-
 nicis plane addicti. Declaravit iste, De-
 canum & Collegium Noviodunense per
 privilegium habere jus proscribendi ma-
 leficos quanquam coram Episcopo non
 accusatos, eosdemque sine ejus consensu

Marlot. ibid.

Sæcul. XIII.
A. C. 1278.
absolvendi : per maleficos autem intel-
ligebat illos, qui Collegii bona & jura im-
peterent. Edixit etiam, Collegium posse
interdicto afficere cathedrale, cætera-
que urbis templa ob manifestam injuriam
seu ab Episcopo, seu a Castellano factam,
nec compensatam. Idem Legatus dire-
mit pariter controversiam inter Papam
Nicolaum III ac Regem Philippum Au-
dacem de canonicatu Ecclesiæ Laudu-
nensis, quem Papa possidebat ante suum
pontificatum. Jusserat Legatum suum
alii cuiquam illum conferre. At Rex se
opponebat asserens ad se pertinere col-
lationem beneficiorum in Romana curia
vacantium durante Laudunensis Eccle-
siæ viduitate. Papa tamen haud omi-
sit de canonicatu suo statuere. Interea
eum tenebat, Gregorii X jussu ob-
tinuerat a Collegio Laudunensi fructus
illius annuos, etsi non esset Hypodiaco-
nus, nec resideret.

§. XIX.

Res Castiliæ.

Rayn. n. 24.
25.
Id. 1279. n. 21
Papa Nicolaus urgebat identidem re-
conciliationem Regum Franciæ Ca-
stiliæque, ac in locum, ubi eorum Legati
colloquerentur, designaverat urbem To-
losam tanquam utrique Regi commodis-
simam. Huic negotio præerant duo Car-
dina-

dinales, Gerardus Blancus tit. duodecim Sæcul.XIII.
 Apostolorum, & Hieronymus Asculensis A.C.1278.
 Minister Ord. Minorum Generalis, cum n. 80. 1278.
 Patriarcha Joanne Vercellensi Fratrum
 Prædicatorum Magistro Generali, cui Pa- Papebr.t.4.
 pa hoc ipso anno tribuit titulum Eccle- p. 61.
 siæ Hierosolymitanæ ab anno 1276 va-
 cantem per decessum Thomæ Leonti-
 nensis; & dignitatem hanc abnuenti mo-
 dicam submissionem ac languidius terræ
 sacræ conservandæ studium exprobravit.
 Epistolam dabat 1 Octob. an. 1278. Sed
 hujus regionis res tam erant desperatæ,
 ut pro Joanne ratio plus quam satis erat,
 pugnaret. Idcirco sæpius instanti ce-
 dens denique Papa per litteras 4 Febr. Bzov. 1279.
 anno 1279 datas munus tam onerosum n. 12.
 ei detraxit, & postea eodem anno Eliæ Rayn.eod.
 imposuit. n. 47.

Congressus locum Tolosam Gallorum
 quidem Rex accepit; at Rex Castellæ
 renuit, urbem Gallicæ ditioni subditam,
 aliasque futes causas obtendens. Qui- Rayn.n.35.
 bus fortiter confutatis Papa de contemptu
 sacræ Sedis & Cardinalium ac de negle- n. 27.
 ctu pacis graviter objurgatum monuit, ut
 primo Martii Legatos suos in Vasconiam
 mitteret, ubi Cardinales colloquii diem
 locumque dicturi essent. Scribebat 29
 Nov. an. 1278. Sed cuncta hæc Papæ
 studia duos Reges reconciliandi ad irri-
 tum cecidere.

Sæcul. XIII.
A. C. 1278.

§. XX.

Rogerus Baco ex Ordine Minorum.

Cum Cardinalis Hieronymus Asculensis negotii hujus causa Parisiis ageret, Frater Rogerus Baco Angelus ex Ordine Minorum Theologicæ facultatis Oxoniensis Doctor apud illum accusabatur, quod nova & suspecta quædam doceret. Percuriosus erat & subtilissimo vir ingenio, omnia litterarum genera amplexus, grammaticam non latinam modo, sed Græcam quoque ac Hebraicam, poësim, rhetoricam, historiam, philosophiam, artes mathematicas, medicam, chymicam, jurisprudentiam, theologiam. S. Edmundi Cantuariensis discipulus amicusque fuerat, & Papæ Clementi IV apprimè cognitus. Postquam igitur ejus doctrina ad Cardinalem Asculanum Ministrum Ordinis Generalem delata erat, hic eam ex complurium Fratrum sententia damnavit, ac nequis suorum eam sequeretur, prohibuit, authorem vero in carcerem conjecit. Rogerus vitam posthæc sexennio ductam anno 1284 Oxonii finiit, ingentem librorum numerum relinquens, quorum aliqui typis mandati, reliqui etiamnum manu scripti in bibliothecis dantur. Sed nullus eorum satis est

Vading.
1278. n. 26.
Id. 1266. n.
14. Es script.
p. 309

Id. 1284. n.
12. v. caro
p. 513.

est celebrer, ut respondeat laudibus, quas scriptores recentiores Rogerio tribuerunt.

Sæcul. XIII.
A.C. 1278.

§. XXI.

Petrus Brossius ex beato miserrimus.

Petrus Benefius Episcopus Bajocassinus se ad Papam contulerat, eo quod Petrus Brossius patronus ejus in offensionem Regis Gallorum incurrisset: id quod exponi meretur. Petrus Brossius homo loco humili natus, cum S. Ludovici chirurgum, deinde Philippi Audacis cubicularem egisset famulum, tanta hunc apud Principem gratia florebat, ut summos Proceres benevolentiam suam aucupari cerneret, ac Petrum Benefium uxoris cognatum sua opera evasisse Bajocassinum Episcopum. Anno 1276 obierat Ludovicus Regis Philippi e priore conjugate Isabella Arragonia filius natus maximus: rumorque fuit, ei venenum esse præbitum. Rex suspicabatur Petrum Brossium fuisse authorem hujus rumoris pessimi spectantis ad Ludovici mortem Reginæ Mariæ Brabanticæ secundæ conjugis suæ adscribendam. Et vero dicebatur idem alteris duobus e priore conubio Regis filiis factura esse. Post aliquod tempus Rex Brossii litteris ad se perlatis hominem includi carceri, de hinc

Duchesne
to. 3. p. 529.

p. 532.

e. 536.

C 5 e com-

Sæcul. XIII. e communi patibulo Parisiensi suspendi
 A.C. 1278. jussit; necis causa non divulgata. Id a-
 ctum est an. 1277. Ut primum Bajocas-
 sinus Episcopus illum esse captum com-
 perit, egressus e regno ad aulam Roma-
 nam se recepit: ubi sub Papæ præsidio
 diu exulis instar mansit.

Rayn. n. 34.

Rex per Equitem Templarium Ro-
 mam missum a Papa petiit, ut Episcopus
 tanquam calumniæ in Reginam sparsæ
 particeps plecteretur: & interim tem-
 poralia ejus bona occupare voluit. At-
 tamen Eques Templarius ejus Legatus
 coram Papa & Cardinalibus asseruit se
 nolle Episcopi adversarium vel suo vel
 Regis nomine agere. Ergo Papa Regi
 scripsit, cum Petrus Benefius Episcopus
 Bajocassinus nec publica laboraret infam-
 ia, nec accusatus esset aut denunciatus,
 jus non permittere, ut absque argu-
 mento criminis puniretur, aut occupa-
 rentur bona Ecclesiæ Benefio commis-
 sæ, quæ vel si reus foret, ob ejus cul-
 pam nullum subire damnum deberet.
 Hortabatur postea Regem, ut silentio rem
 premeret offensionem futuram, nec por-
 ro infectaretur virum, eo quod Reginæ
 fama omnino salva maneret. Hanc
 quoque Principem per litteras monuit,
 ut temperaret dolori suo, sperneretque
 calumniam fundamento ac verisimilitu-
 dine tam destitutam. Quas epistolas
 dabat

n. 36.

dabat secundo ac tertio Decembris an. ^{Sæcul. XIII.}
1278. Brevi abhinc tempore Papa Ni- ^{A.C. 1278.}
colaus permiserat, ut Rex Philippus sine
anathematis subeundi periculo Clericos
grandium noxarum ignominia notatos
carceri mandaret, non vexandos suorum
opera, sed Præsulibus tradendos, ne spes
impunitatis ad graviora eos scelera il-
liceret.

n. 37.

§. XXII.

Græci Legati abeunt.

Papa Nicolaus hoc demum anno Le-
gatos remisit Græcos, qui anno prio-
re, cum sacra Sedes vacaret, advene-
rant, a Michaële Palæologo jussi non so- ^{Sup. §. 9.}
lum acceptæ reconciliationis notitiam ^{Pachym. l. 5.}
Papæ dare, verum etiam inquirere, quam ^{c. 26.}
agendi rationem teneret Rex Siciliæ Ca-
rolus; an calor ejus ac ferocia deferbuis-
set. At comperiebant eum ardere ira-
cundia & instare Papæ, ut sibi per ipsum
liceat Constantinopolim invadere. Vi-
debant eundem quotidie Papæ supplicem
sceptrum manu gestatum de more Prin-
cipum Italiæ mordere præ furore ob
neglectas ab illo preces suas, tametsi
suum jus & apparatus iter exponeret.
Papa e contrario memorabat, Græcos
tantum recepisse urbem olim sibi subdi-
tam; eandem jure belli possidere; deni-
que

Sæcul. XIII.
A. C. 1278.

que Christianos esse ac Ecclesiæ filios; ideoque se, nisi Numinis iram provocare velit, permittere haud posse, ut alii Christiani eis arma inferant.

§. XXIII.

Monita Legatis Latinis in Græciam missis data.

Post Græcorum Legatorum abitum Papa Constantinopolim novos quatuor Nuncios misit, omnes ex Ordine Minorum, nempe Bartholomæum Episcopum Rosetanum in Hetruria, Bartholomæum Senensem Ordinis Ministrum per Syriam, Philippum Perusinum, & Angelum Urbevetanum, Lectores, seu Professores theologiæ. Ex quatuor epistolis, quas eis tradidit, duas priores Imperatori Michaëli Palæologo inscripserat. In una longam Legatorum ejus commorationem excusat per vacationem sedis apostolicæ, ac per sui regiminis novitatem. In altera de commodis ejusdem temporalibus loquens queritur, quod neglecto Papæ Joannis XXI suafu Legatos suos non jufferit cum Philippo Imperatoris Constantinopolitani nomen gerente atque cum Carolo Siciliae Rege consilia pacis agitare; hortaturque, ut intra quinque menses viros mittat, huic negotio conficiendo idoneos. Tertiam destinavit Andronico

Rayn. 1276.
n. 2. 15.
Vading.
1278. n. 2. 4.

Rayn. n. 5.
Vad. n. 5.

dronico Imperatoris filio natu maximo, cui gratulatur demonstratum reconciliationis studium. Has tres epistolas 7 Octobris an. 1278, quartam postridie scripsit ad Patriarcham cæterosque Præfules Græcos, quibus inculcat, & præcipit, ut suam quisque fidei professionem sigillatim, prout Legati poposcerint, faciant, Ecclesiæ Romanæ primatum agnoscant, schismaque abjurent.

Legatis hæc dabat monita. Post adventum vestrum Imperatori Michaëli ac filio ejus Andronico nostro nomine bene precabimini, dicetisque, quantum nobis gaudium ipsorum litteræ creaverint, & quanta Latinorum omnium lætitia sit perfectam cum Græcis reconciliationem sperantium. Tum Imperatori epistolam spiritualia continentem, scilicet primam dabitis, Andronico autem ac Patriarchæ illas, quæ ipsis inscriptæ sunt. Ad res profanas quod attinet, quo facilius vos in Michaëlis & Andronici animos insinuetis, primum affirmabitis, Romanam Ecclesiam ipsis tanquam ad suum reverfis gremium inter cunctos Principes catholicos, quantum æquitas passura sit, esse fauturam. Idcirco a tempore Papæ Joannis illam nihil celasse Imperatori, sed suggestisse salubre consilium pacis jungendæ cum quibusdam Principibus Latinis, eum ipsis injuriam faceratis

Sæcul.XIII.
A.C.1278.

Rayn. n. 6.

n. 7.
Allat. conf.
p. 730.

p. 731.

tis

Sæcul. XIII.
A C. 1278.

tis, & bono juri suo, suæque potentiaë confidentibus. Potestis ampliorem hujus rei notitiam capere ex Papæ Joannis epistola ad eundem Imperatorem, & ex nostra, quæ ad temporalia spectat, scilicet ex secunda, quam illi tradetis, postquam ea, quæ modo dicta sunt, tetigeritis.

Sed antequam huic temporalium capiti seu puncto insistatis, postulabitis ab Imperatore exemplum sive apographum litterarum, quas per Legatos nuper reverte re versos misit, professionem fidei, & primatus agnitionem complectentium, solo Gregorii nomine in nostrum mutato: quod ipsum haud nimis urgendum est. Simile apographum petetis a Principe Andronico, & curabitis, ut hæc secundæ litteræ in membrana scriptæ, sigilloque aureo munitæ sint, ut priores. Indicabitis etiam Imperatori, Patriarcham cæterosque Præsules suam fidei professionem nondum fecisse secundum formulam ab Ecclesia Romana missam. Quapropter ille, qui rem totam a se pendere, suisque in viribus omnino esse perhibet, operam debet dare, ut Præsules nobis reapse faciant satis, & compleant omnia, quæ ad firmandam reconciliationem servare possunt.

Ad illud, quod Imperator in litteris suis petiit, nempe ut Ecclesia Græca
sym-

Symbolum modo ante schisma solito dicat, ritusque suos retineat, reponetis, unitatem fidei non permittere, ut hujus professiones sint dissimiles præsertim in symbolo, quod eo magis ejusdem esse formæ debeat, quo sæpius canatur. Ideo Ecclesiam Romanam statuisse, ut Latini ac Græci pari ratione id cantent cum additamento: *Filioque*, quia hoc additamentum singulariter tractatum fuerit, ac veræ fidei agnitio non celanda sit, sed libere edicenda. Ad reliquos Græcorum ritus quod attinet, respondebitis, Romanam Ecclesiam tolerare cunctos velle, quos fidei vel canonibus esse contrarios judicatura non sit. Cæterum, cum hoc inter negotium vos ab omni violentia ferociaque, quæ posset exulcerare animos, abstinere oporteat, inducias primum agitabitis, & cum Imperatore Michaële convenietis de tempore necessario ad obtinendum Imperatoris Philippi, ac Siciliae Regis consensum.

A Patriarcha, cæterisque Præsulibus & Clericis cujuslibet urbis, oppidi, pagique poscetis, ut secundum formulam contentam litteris Gregorii X, quas fertis vobiscum, ac illis lectas fideliter explicabitis, suam quisque professionem fidei sigillatim faciat sine ulla conditione vel additamento, & jurejurando confirmet. Formula ejus additur: tum continua-

Sæcul.XIII.
A.C.1278.

p. 733.

Sæcul. XIII.
A. C. 1278.

P. 734.

tinuatur informatio : Nullam proferant consuetudinem, per quam se hoc juramento eximant. Casus hic est novus: nec observandæ veniunt hæ consuetudines adversæ juribus Superiorum, præsertim Romanæ Ecclesiæ: abusus potius quam usus dixerimus. Volumus etiam, ut Præsules Clericique promittant, se nihil unquam suæ professioni fidei contrarium publice vel privatim docturos esse; immo, qui verbi divini præconium exercent, spondeant, se has veritates populo esse fideliter exposituros. Adjungitis tamen his agnitionibus cautiones reliquas, quas opportunas pro vestra prudentia & pro ratione circumstantiarum singularium censebitis.

Porro ad faciliorem eorum, quæ dicta sunt, executionem expedire credimus, si omnia regionis loca nobilia, quo liberum accessum habebitis, ipsi adeatis, has professiones fidei, & hæc juramenta excepturi. Conficientur eorum tabulæ publicæ, quarum apographa plura magnæ fidei sigillis munita vobis tradentur, ut apud vos teneatis aliqua, quædam apud alios deposita habeatis, & alia per cursores varios mittatis ad sacram Sedem, in ejus tabulariis asservanda. Ad hæc curam agetis, ut hæc acta referantur in præditos autoritate librorum cathedralium, cæterarumque Ecclesiarum insignium,

signium, ac cœnobiorum illis in locis
existentium.

Sæcul. XIII.
A.C. 1278.

Has Græcis agnitiones dum inculcabitis, dicetis Romanam Ecclesiam mirari, quod immemores præteriti, suumque statum securum præstandi parum studiosi nondum curaverint se absolvi a censuris, in quas incurrerunt ob schisma suum; & quod Patriarcha cæterique Præsules post suum ad Ecclesiam Romanam reditum non postulaverint confirmationem in suis dignitatibus. Hinc capere occasionem poteritis Imperatori ac reliquis suadendi, ut Cardinalem Legatum poscant, sicut mittere cogitamus aliquem, qui solidius ibi omnia instauret. Quapropter inter colloquia vestra eis sapienter insinuabitis, Cardinalis Legati autoritate plena muniti præsentiam his in locis utilissimam fore: & tractatis rebus cæteris, dum prope aberitis a confectioe negotii, monebitis Imperatorem, ut sponte Legatum petat. Sive autem hoc ei persuaseritis, sive non: caute ac solerter indagabitis, quomodo Legatus tuto regionem ingredi, & ibi manere possit. Ut hoc comperiat, præstabit forsitan ante affirmationem quærere, an non per commentarium aliterve meminerint, quomodo Legati sacrae Sedis ibi recepti, ac exempti sumptibus, quibus ornati honoribus, & qualem obedientiam experti fue-

p.735.

Histor. Eccles. Tom. XXII. D rint;

Sæcul. XIII.
A C. 1278.

rint; quantam exercuerint jurisdictionem, qualem familiam & comitatum habuerint. Si responsum Imperatoris cum statu Cardinalis Legati congruat, dabitur operam, ut illud scripto accipiatis. Sin minus; exponetis illi ea, quæ Latini Cardinalibus Legatis tam de jure quam ex more faciunt. Verum non omnia simul memorabitis, ita, ut Legatus esse oneri videatur; sed modeste ac moderate, ut alliciatis potius, quam absterreatis.

p. 736.

Potestis addere rationes aliquas; Legatum agere personam Papæ; multis malis spiritualibus æque ac temporalibus mederi posse; atque si rogatu Imperatoris mitteretur, id sinceræ reconciliationis signum clarius fore.

ap. Vading.
n. 6.

Præterea observabitis, nos per litteras ad vos scriptas vobis facere potestatem proscribendi omnes illos, qui reconciliationis negotium illis in tractibus turbaverint, cujuscunque sint dignitatis, eorum terras interdicto afficiendi, eosque in rebus sacris & profanis, prout par esse censebitis, castigandi.

Sup.

Postquam vero sacra Sedes eandem facultatem duobus Episcopis Ferentino & Taurinensi nuper eandem ob causam missis dederat, Palæologus vehementer eos urgebat, ut quibusdam Proceribus Græcis, qui cum Constantinopolitano Imperatore Latino & cum Rege Siciliae foedus sanxerant,

cen-

censuras irrogarent tanquam reconcilia- Sæcul. XIII.
 tionis perturbatoribus. At Episcopi A.C. 1278.
 perquisito factò nihil contra hos Græcos
 statuerunt, probe gnari, antecessores no- p. 737.
 stros Gregorium & Innocentium similes
 Palæologi preces contra omnes eos, qui
 ipsius potestati se subducerent, non au-
 diisse, ut docent illorum epistolæ, quas
 habetis. Itaque, si a vobis idem postu-
 let, cavebitis, ne quid decernatis contra
 hos Græcos tanquam foedere conjunctos
 Imperatori Philippo, Regique Carolo, &
 Palæologi inimicos: tunc solum eos pu-
 nietis, si reconciliationem directo impe-
 dian.

Cæterum quanquam vobis manda-
 tum exequentibus vitanda est omnis oc-
 casio rumpendæ pacis, vos tamen nego-
 tium non obiter, ut quidam hætenus fe-
 cere, sed ita tractare volumus, ut in Græ-
 corum intentiones intime penetretis, &
 super quolibet puncto affirmationem ne-
 gationemve, aut apertam respondendi
 detrectationem eruatis, quo certius post
 vestrum reditum cognoscat sacra Sedes,
 quid agendum supersit. Sic Papa Nico-
 laus Nuncios informavit suos.

Sæcul. XIII.
A. C. 1278.

§. XXIV.

Seditio contra Michaëlem Palæologum.

Postquam Nicolaus in apostolicam sedem euectus erat, rei notitiam Imperatori Michaëli Palæologo, & Patriarchæ Joanni Vecco, cæterisque Præsulibus dedit. Habemus utriusque responsum laudibus & officiosis verborum blanditiis plenum. In imperatorio hæc noto: Remitto tibi latores epistolæ tuæ, quibus res plures ad negotia mea secretissima pertinentes credidi, ut tibi easdem & suis visa oculis, suisque auribus audita indicarent. Quænam vero fuerint arcana hæc negotia, discimus ex litteris, quas Ogerus imperatorius Archigrammateus & linguæ latinæ interpres ad illos Papæ Nuncios Marcum & Marcelum ita scripsit: Cum Imperator Dominus meus vobis aures præbuisset, ejus responsum scripto vobis a me dandum censui, nequid de illo vestra e memoria debeat longitudo temporis, itinerisque. Ille negotia sua conficere jam non potest, ut antea: rei causam intelligite! Quod Papæ obedientiam juraverit, debitam illi submissionem cognati & cives sui denegant; per ignorantiam alii, qui momentum consensionis Ecclesiarum non capiunt;

Rayn. 1277.
n. 60.

Vading.
1279. n. 2. 3.

Id. 1278.
n. 13. l

piunt ; alii per malitiam perfidiamque. Eorum in numero sunt Michalicii filius naturalis, quem Latini ducem Patrarum nominant, & Nicephorus legitimus ejusdem Principis filius, qui jurejurando sæpius Imperatori fidem obstrinxere suam, muneraque ab eo & dignitates obtinere, quarum titulos gerunt.

Sæcul. XIII.
A.C. 1278.

At postquam promissam Ecclesiæ Romanæ obedientiam confirmaverat, confluentes in eum subito, Papam, Imperatorem, Patriarcham Constantinopolitanum, & omnes Papæ cultores vocabant hæreticos. Imperator igitur, cum illos ad officium reducere per internuncios conatus esset, Papæ Nunciorum & Ecclesiæ Constantinopolitanæ anathema eisdem indixit, &, quia contumaciter repugnabant, exercitum in eos ire voluit, quem Magno Anatoliæ Præfecto Andronico Palæologo patrueli suo commisit ac Pincernæ suo affini. His adjunxit Comnenum Cantacuzenum, & Joannem Palæologum nepotes suos. Sed tantum aberat, ut Patrarum Duci inferrent arma, ut ei per internuncium dicerent: Cum Imperatorem Papæ conjunctum videamus, illum ipsum habemus pro hæretico: quare non est, quod tibi metuas a nobis; atque si ejus terras invadere tibi placet, favet occasio.

Sæcul. XIII.
A C 1278.

Ille consilio parens aliquas Imperatoris arces cum occupasset, hic perfidos copiarum Duces exutos munere, & vinculis mandatos in carcerem duci, aliosque pro illis substitutos hosti aggredienti tantum resistere iussit. Sed erant præfidentis animi juvenes, qui hostis locum situ & natura firmum adorti succubuerunt in prælio. Imperator in alios quoque tractus misit belliduces, nempe Palæologum sororis suæ filium, Joannem Trachanioten, Colojoannem Lafcaridem, & Isaacum Radulphum Comnenum cognatos suos. Sed omnes seditionem commoverunt ex odio obedientiæ Pontifici Romano præstitæ: captique ac interrogati, se ob hanc reconciliationem id egisse, ac in eodem proposito persistere palam dixerunt.

In Anatolia est urbs Trapezus, ubi militum Dux quidam Alexis Comnenus nomine sedem posuit, cum Latini Constantinopolim caperent. Rebelles pro nepoti ejus ac successori ita scripserunt: Imperator se Papæ submittendo factus est hæreticus: atque si titulum Imperatoris tibi vendices, tuas sequemur partes, agemusque omnia, quæ volumus. Utens ille consilio coronari se curavit, & imperatoriis indutus vestibus administratos constituit. Inter illos autem, quos seditionis ad hunc Principem miserunt, erant
Latini

Latini aliqui, idemque agitabant. Con-
 sentiebant in rebellionem plures foemi-
 næ nobiles Imperatorem arcta necessitu-
 dine attingentes; una sororum, duæ ne-
 ptes, vidua fratris Despotæ, & hujus ma-
 ter Sebastocratoris vidua. Quapropter
 in carcerem conditæ sunt, fiscoque ad-
 dicta earum bona sicut Procerum ean-
 dem ob causam captivorum. Hi vero
 consanguinei sunt & affines omnium fe-
 re ministrorum palatii, ita, ut, exercitum
 Imperator contra inimicos suos mittere
 si vellet, merito metueret, ne illi, quos
 præficeret copiis, cum infensis Domino
 suo Aulicis conspirarent. Idcirco ma-
 gna in gerendis rebus suis circumspectio-
 ne uti cogitur: nam hominibus explo-
 ratae fidei ad conservandas urbes locaque
 sua opus habet.

Insuper, ut constat, cum primum ali-
 quis ab Imperatore tanquam consensio-
 nis Ecclesiarum turbator & adversarius
 suo dejectus est gradu, in terras Ducis
 Patrarum se contulit, omnes hujusmodi
 profugos studiosissime recipientis. Col-
 legit centum circiter monachos cum mul-
 tis Abbatibus & octo Episcopis, qui ha-
 bentes concilium, cum contra utramque
 Ecclesiam, Imperatorem, & Patriarcham,
 quæ voluerant, dixissent, Papam, Impe-
 ratorem, Patriarcham, & omnes eorum
 affectas tanquam hæreticos anathemate

Sæcul. XIII.
A.C. 1278

perculserunt. Cum Episcopus Tricensis in Thessalia noluisse hujus iniquitatis esse socius, illosque male agere asseruisset, Patrarum Dux comprehensum decem & octo mensibus in carcere detinuit: e quo elapsus transmissio sinu Corinthiaco imperatorium in Morea castrum, & inde Constantinopolim petiit. Patrensis quoque Episcopus captus; cum urgeretur, ut a schismaticis staret, id renuit, Habeo, inquit, Metropolitanam meam, Archiepiscopum Thessalonicensem, qui me consecravit: cum eo interfui concilio Constantinopolitano: subscripsi, cum reliquis me in potestate Romanæ Ecclesiæ fore pollicitus: nec possum datam retexere fidem. Tum idem Dux vestibus ad subuculam usque privatum mense Decembris diu noctuque aëris inclementiæ exponi iussit. Papa in hac inquirere, veraque cognoscere potest.

Latini, qui Thebis, Athenis, in Eubœa, Moreaque habitant, non cessant Nicephoro, ejusque fratri haud legitimo omne subsidii genus contra Imperatorem dare: cujus naves & copiæ quamvis robore numeroque impares hos Latinos singulari Deo auxilio profligarunt. En illa, quæ Imperator ad vos dixit, & quæ vos Papæ narrabitis. Sic finit suam interpretes Ogerus epistolam.

§. XXV.

Sæcul.XIII.
A.C.1278.*Mariæ Bulgarorum Reginae clandestina consilia.*

Imperatoris Michaëlis soror, cujus mentionem fecimus, erat Eulogia, quæ ex quodam Cantacuzeno marito suo plures pepererat filias; inter alias Mariam secundis nuptiis Lachanæ e simplice subulco Bulgariæ Regi junctam. Eulogia schismati addicta, nec contenta a communione Catholicorum discedere, multos blanditiis suis ad schismaticorum partes adductos tenebat. Maria Imperatori avunculo suo per se infensa exulceratum suæ matris in fratrem animum fatis noverat. Nam magnus monachorum numerus has duas Principes quotidie adibat schismatis studio inflammandas. Ergo Maria de Imperatore se matremque suam vindicatura, in Palæstinam Josephum cognomine Catharum cum aliis quibusdam misit, qui Patriarcham Hierosolymitanum, quid actum fuisset, edocerent, ac Sultanum Ægyptium concitarent ad Imperatorem adoriendum interea, dum hic aliunde a Bulgariis impugnaretur. Patriarcha, quid factum esset, jam antea gnarus Mariæ nunciis fidem habuit: & quo major auctoritas rei novæ accederet, eos ut Legatos

Sæcul. XIII.
A. C. 1278. gatos veros tractavit, unde venissent, haud multum examinans. Immo credidit, Patriarchas Theodosium Alexandrinum ac Euthymium Antiochenum acturos idem, quod ipse prior fecisset, nempe reconciliationi se opposituros esse.

Sultanus Bulgaros aut eorum vires minime noscens mirissimam sibi legationem, qualem antea nunquam recepisset, suspectam habuit, & Mariæ emissarios sine responsione remisit. Patriarcha Antiochenus jam Constantinopoli versabatur: quo profugerat e manibus Regis Armeniæ per miraculum, quod putabat, & magni S. Nicolai precibus tribuebat, elapsus. Patriarcha Alexandrinus hanc in sedem post Ecclesiarum reconciliationem euectus, eamque rumpendo impar in quiete se continebat eo magis, quod non accitus, quod remotus, quod medios inter ethnicos esset, ac Imperatoris præsidio, si forte opus haberet, excludere se nollet.

Pachym.
l. 6. c. 5.

Euthymio Patriarchæ Antiocheno Constantinopoli extincto complures Orientis Episcopi tum in urbe præsentés sufficere successorem volebant. Nam ægrotanti Theodoretus Episcopus Anazarbensis suaferat, ut præter illos, qui jam adefsent, spectabiliores accerferet, quo plus

plus authoritatis haberet electio. Omnes ^{Sæcul XIII.}
 cooptabant Principem, puta monachum ^{A. C. 1278.}
 Theodosium Villarduinum, qui jam pro ^{Sup. lib. 86.}
 Constantinopoli propositus fuerat. Sed ^{§. 56.}
 antequam in Patriarcham Antiochenum
 initiaretur, Imperator de viri studio in
 reconciliationem cum Romana Ecclesia
 tuendam securus fieri voluit, & factus est
 opera historici Pachymeri Theodosio fa-
 miliarissimi.

Interea Imperator Michaël in Anato- ^{Pachym.}
 liam belli causa profectus castra posue- ^{l. 6. c. 22.}
 rat prope locum, in quem Patriarcha Jo-
 sephus relegatus erat. Igitur hic Præ-
 sul eum oravit, ut alio transferretur, ob
 asperitatem frigoris priore hyeme com-
 pertam, cui per alteram hyemem feren-
 dæ parem se fore haud crederet. Men-
 sis Junius tunc erat. Imperator Jose-
 phum accersitum detinens in castris suis
 sæpius per diem visere, comiter affari,
 libenter audire, ejus rogatu pluribus be-
 nefacere. Denique illi pro habitatione
 Constantinopolitanum coenobium Cos-
 midion assignavit. Ita conciliatum sibi
 senem benigne habuit, se rursus eum se-
 di patriarchali velle imponere dicens.
 Josephus reposuit, se illuc redire paratum
 esse, dummodo, quod actum fuisset, dis-
 solveretur, hoc est, consensio cum Lati-
 nis. Sed illud fieri haud poterat præ-
 fertim sub novo Papa Nicolao, ad quem
 Impe-

Sæcul. XIII.
A. C. 1279.
Imperator viros ecclesiasticos firmandæ reconciliationis gratia mittere cogitabat.

§. XXVI.

*Joannes Veccus dignitatem suam
abdicat.*

Pachym.
l. 6. c. 10.

c. II.

Quatuor anni jam effluxerant, ex quo Joannes Veccus Constantinopolitanum agebat Patriarcham: cum aliqui de Clero mense Februario, indictione septima, nimirum anno 1279 contra eum accusationes protulere, quæ quanquam falsæ ac frivolæ Imperatori haud displicebant. Hunc enim Præsulem deprimere magnopere cupiebat & ardorem ejus acresque sollicitationes moderari. Actores illos concitaverat Isaacus Episcopus Ephesinus, Imperatoris tunc Pater spiritualis. Non erat ferendo Patriarcham jurisdictionem proximam in quædam Anatoliæ loca extendisse, eam sola Constantinopoli terminandam, & foris omnia Episcopis dioecesanis subjicienda ratus. Arrepta igitur occasione, cum Imperatorem Patriarchæ infensum cerneret, sanctionem ab illo impetravit, qua inter alia puncta statuebatur, ut terræ ac monasteria Patriarchæ obnoxia ex Episcopo dioecesano penderent, ubicunque sita essent. Sed hoc erat, inquit
Pachy-

Pachymerus, Patriarchæ titulum Oecumenici demere, cum illi sola Constantinopolis, ac ne tale quidem territorium, quale minimus haberet Episcopus, relinqueretur.

Sæcul. XIII.
A.C. 1279.

Veccus duos ipsos menses vexabatur, quos inter Imperator duas sustinebat personas, modo accusatores eum in faciem vituperantes audiens, modo eum defendens, & adversarios ejus calumniatores vocans. Fatigatus tandem Patriarcha mense Martio, ac medio jejunii verni tempore statuit deponere munus. Abdicationis tabulas a Pachymero faciendas curavit, & Imperatori obtulit, eas non accipere se simulanti: tum in cœnobium Virgini *Purissimæ* dedicatum se abdidit. Sic Constantinopolitana sedes manebat vacua. Nam Imperator eam alii tribuere volebat: quin etiam hoc intervallo ad Veccum misit suum filium Andronicum, qui ejus animum placaret.

§. XXVII.

Papæ ad Palæologum Legati.

Tum temporis advenerunt Papæ Legati, scilicet Episcopus Rosetinus, ac tres Fratres Minores. Imperator hos sibi, dum Adrianopoli redibat, obviam factos Patriarchæ abdicationem celare cupiens,

c. 14.

Secul. XIII.
A. C. 1279.

piens, eum lassī pondere curarum animi reficiendi causa patriarchale palatium ad tempus reliquissē perhibuit, sed in quodam Constantinopolis cœnobio cum illis collocuturum esse. Interea misit, qui Patriarchæ diceret, ut deposito omni dolore de præteritis, quippe quæ potius tempori serviendi gratia quam de industria essent acta, Maganium in Monasterium se conferret cum Legatis consulturus sine ulla factorum mentione. Hoc mandato edito Imperator cum Legatis Constantinopolim intravit.

Sciebat vero, quorsum præcipue tenderet illorum legatio, & quid essent dicturi, nempe consensionem Ecclesiarum haud concludendam verbis, sed effectibus ac eadem professione fidei demonstrandam esse. Et vero hanc exigere Legatos ipsi jubebant Græci ab Imperatore dissidentes, qui ad Fratres Minores secum permistos inter colloquia inquietabant: Hæc pax est illusio. Pertentare debetis Græcos, ac videre, an symbolum ita, ut Latini, recitent. Ea ratione hi schismatici suum Imperatorem in tricas conjicere cogitabant: si enim denegaret, quod Latini poscerent, pacem rescissum iri: si eis annueret contra promissa suis facta, nocentio rem fore, ac schismaticos in sententia confirmatum iri per causam
recu-

recusandæ consensionis cum manifestis
 datæ fidei violatoribus.

Sæcul.XIII.
 A.C.1279.

Imperator, inquam, gnarus, quænam
 Legati mandata recepissent, perbene vi-
 dit, ea Græcos, etiam illos, qui tunc tran-
 quille agerent, territura esse, si ea ex in-
 opinato audirent. Idcirco Episcopos &
 Clerum exclusis laicis congregatos sic
 allocutus est. Quam difficulter res Ec-
 clesiæ ad hodiernum statum perducta
 sit, haud vos latet, & scio ipse, quanto
 mihi labore steterit. Destitui Patriar-
 cham Josephum, quem ut patrem meum
 amabam: compluribus vim intuli, ne a-
 micis quidem & cognatis parcens meis:
 testes sunt ii, quos in carceres teneo, &
 qui meam indignationem sibi non acci-
 vere nisi ob hanc cum Italis pactionem.
 Itaque prorsus confectum censebam ne-
 gotium; cum intellexi aliquos vestrum
 amantes discordiæ, mihique molestiam
 creandi cupidos in colloquio cum Fratri-
 bus Peranis hanc pacem vocasse ludi-
 brium & illusionem, ac Latinis suasisse,
 ut specimina solidiora peterent, velut hoc
 sine missi. Nunc vos prævenio, ne pro-
 positiones Latinorum miremini, vel meam
 cum eis agendi rationem mala suspicione
 aliqua perstringatis. Non enim (sic co-
 ram Deo vobis spondeo) consuetudinum
 nostrarum quidquam, etiamsi jota solum,
 aut punctum foret, mutari unquam, ne-
 que

c. 16.

Sæcul. XIII. que vel minimum additamentum in
A.C. 1279. simbolo patrum nostrorum patiar: nec
 Italos tantum, sed & quamlibet gentem,
 quæ id nobis obtrudere volet, bello ag-
 grediar. Hanc a me fidem capite! Sed
 haud ægre vobis ferendum est, quod Le-
 gatos comiter habeam, & in pace remit-
 tam. Scilicet ne prædam, ut ajunt, in-
 tractabilem reddam, hoc mihi faciendum
 duco, & quidem tanto magis, quia nobis
 res est cum Papa novo nec Græcis fa-
 vente instar Gregorii. Cæterum Legatis
 ita respondebo, ut propositum non in-
 fringam meum.

Cum Imperator hæc dixisset, Patriar-
 cha Manganium in cœnobium delatus
 ita se gerebat, ut, quid accidisset sibi, Le-
 gatis neutiquam significaret. Excepe-
 rat eos Episcopis & primoribus de Cle-
 ro cinctus. Exposita legationis causa
 erat talis, qualem Imperator declarave-
 rat; ejusque cautio fecit, ut Græci pla-
 cide auscultarent, quod ipsis intolerabile
 fuisset. At quo magis crederent Legati
 Ecclesiæ pacem esse seriam, Imperator
 cum eis misit Isaacum Episcopum Ephe-
 sinum, qui eis cognatos ipsius in carce-
 re monstraret, nempe Andronicum Pa-
 læologum Protostatorem seu stabulorum
 Præfectum, Radulphum Manuelem Pin-
 cernam, ejus fratrem Isaacum, & Joan-
 nem Palæologum Andronici nepotem.
 Omnes

Omnes quatuor inerant quadrato carceri
 gravibus catenis in suo quisque angulo
 onerati. Sic Imperator Michaël fallebat
 Legatos.

Sæcul. XIII.

A. C. 1279.

L. 17.

§. XXVIII.

Veccus revocatur.

At studiosius cogitabat revocare Veccum.

Episcopi abdicationem ejus non admiserant, quod tamen necessarium fuisset, etiamsi ratam habuisset Imperator: ac Veccus ipse non dixerat indignum se aut inhabilem. Solum causatus erat, se viso quorundam tumultu injulso, abeundum sibi potius a munere suo, quam in eorum offensionem incurrendum duxisse. Hoc autem dictum non tam erat abdicandi ratio, quam reprehensio illorum, qui hanc iniquitatem impedire poterant. Ergo communi ex consensu rogatus est, ut Ecclesiam suam denuo regendam susciperet. Sed renuebat, nisi de calumniatoribus suis vindicaretur: id quod fieri nequibat secundum Imperatoris principia, qui plurium aliorum Principum more accusatum culpa liberando mederi quidem calumniæ, non vero punire calumniatores volebat, metuens, ne veras magni momenti res non cognosceret, nisi tutum esset etiam falsas denunciations sibi facere. Patriarcha, cum æqua

Hist. Ecclesiast. Tom. XXI.

E obti-

Sæcul. XIII.
A. C. 1279.

obtinere haud posset, sibi persuaderi passus, ut accusatoribus veniam daret, 6 Augusti eodem anno 1279 faum in palatium rediit stipante se magnifico comitatu Cleri ac Senatorum.

Tum excusationis causa composita fuit ad Papam epistola, cui Episcoporum haud existentium, ac Episcopatum, qui nunquam fuere, numerus grandis subscriptus est eadem manu. Nescio, inquit Pachymerus, an id de Patriarchæ consilio sit factum: sed, Imperator exequare volebat numerosas Latinorum subscriptiones, quippe qui plures Episcoporum centurias in conciliis numerarent suis. Iisdem in litteris data est opera, ut cumulata Patrum verba, Spiritum Sanctum fluere, dari, monstrari, radiare, splendere, ac similia dicentium, ejus processionem obscurarent, & hanc vocem propriam removerent. Sic scripta erat Græcorum Episcoporum epistola fallax & blanditiis erga Latinos plena, quos tamen a multis illorum anathemate feriri satis constabat.

ap. Rayn.
1280.

Etiam Imperator Papæ Nicolao scripsit de Rosetino Episcopo ejusque tribus sociis receptis. At his in litteris tantum repetit professionem fidei ac juramentum suo nomine in concilio Lugdunensi editum, de novis Legatorum petitionibus nullam mentionem faciens. Androni-
cum

cum quoque scribere iussit, qui solum ad patris sui epistolam se retulit, eique ad-
hæsit. Suam dabat mense Septembri
indictione octava an. 6788, seu an. 1279
mense Septembri, unde Græci annum
cum indictione inchoabant.

Sæcul XIII.
A.C. 1279.

§. XXIX.

*Papæ querimonie de pugnis equestri-
bus extra bellum.*

Eodem anno delatum in Franciam Ca-
rolum Salerni Principem Siciliae Re-
gis filium natu majorem, ac patruelem
suum Rex Philippus audax cum Baroni-
bus suis magno excepit honore, & quas
antea prohibuerat, pugnas equestres con-
cessit in gratiam ejus ac fratris sui Ro-
berti Comitis Claromontani, quem brevi
abhinc tempore una cum pluribus aliis
Equitem inauguraverat. Hæc certami-
na instaurata minime probans Papa
Nicolaus ad Cardinalem de S. Cæcilia
suum in Gallia Legatum ita scripsit: In-
dicasti nobis Gallorum Regem Baronum
rogatu revocasse nuper edictum ex eorum
consilio factum, ut equestres pugnae
usque ad generalem transitum in Palæ-
stinam omitterentur; & has pugnas te
præsente promulgatas fuisse ac executio-
ni datas contra sacrae Sedis inhibitionem
sub anathematis poena. Dolemus autem
E 2 magno-

Dachefne
t. 5. p. 573.

Rayn. 1279.
n. 17.

Sæcul. XIII.
A. C. 1279. magnopere hunc Regem tam pii patris
filium permittere, ut sibi subditi censu-
ras ecclesiasticas ita contempnant: nec
silentium ac negligentiam tuam excusa-
re possumus. In tanto animarum peri-
culo exardescere, minitari, pronunciare
pœnas, his majores addere debebas, nec
contentus esse, quod, ut ais, hoc in de-
cretum non consenseris.

Cont. Lat.
III. c. 20.
Sup. lib. 73.
§. 21.

Ferunt has pugnas esse exercitium
utile, ac Ordinem Nobilium per eas di-
scere ad tuendam religionem terramque
sacram tractare arma. Sed antecessores
nostri aliter judicabant, cum illas prohi-
berent nominatim in concilio Lateranen-
si, quod his in pugnis morientes sepultu-
ra ecclesiastica privat. Præterea ad Pa-
stores, ac præcipue ad Papam, non ad
subjectos pertinet videre, bonane an ma-
la sint hæc exercitia. Quapropter vo-
lumus, ut ab Ecclesiæ corpore sejunctos
palam denuncies cunctos Comites, Ba-
rones, Equites, aliosque certaminum
horum participes; ut eos adhorteris ad
flagitandam humiliter absolutionem, ac
sic postulantibus eam impertias, injun-
gens pœnitentiam & cum jurejurando
promissum eo non redeundi amplius. Ta-
lis est summa hujus epistolæ sane quam
vehementis, quam Nicolaus dabat 22
Apr. an. 1279.

§. XXX.

Sæcul.XIII.
A.C.1279.*Querelæ de Rege Castiliæ.*

Papa inter Franciæ ac Castiliæ Reges Philippum & Alphonsum pacem identidem curans, huic ab ea longius remoto fufas fcripfit litteras, in quibus exponit, quid Papa Joannes XXI, & quid ipse eum in finem fecerit. Se congressus locum designasse urbem Tolofam; Alphonsum renuiffe. Tum Cardinalem Gerardum Biancum, & Joannem Vercellenfem Magiftrum Prædicatorum Generalem duorum Regum Legatis perfuafiffe urbem Burdigalam; eoque reipfa conventum effe pacem vel inducias ineundi gratia: fed Castiliæ Legatis nec has, nec illam accipientibus sublata fuiſſe colloquia. Significat fuum hac de re dolorem, maxime ob retardatum ſubſidium terræ ſacræ neceſſarium: & declarat a ſe revocari Legatos ſuos Gerardum & Joannem hanc paſſos injuriam. Dabat 9 Jun. 1279.

*Rayn. n. 21.**Sup. §. 19.*

Etiam aliunde Papa Nicolaus alienum hoc a Principe habebat animum: nam a Castellæ Clero graves de eo querelas acceperat, ut liquet ex informatione, quam Epifcopo Reatino, cum eum hoc in regnum mitteret, dedit, & cujus hæc eſt ſumma. Rex decimarum tertiam

Rayn. n. 24.

Sæcul. XIII.
A.C. 1279.

tiam per speciem concessionis a Sede apostolica suo parenti factæ, cujus spatium jam pridem effluxit, multos per annos sibi asseruit, malosque in usus adhibet, dum illam laicis, quin etiam Judæis confert ad solvenda debita. Ecclesiarum cathedralium, ac cœnobiorum redditus vacante sede sibi vendicat nullum eorum jus habens vel nomine custodiæ, qua eos conservet successoribus, vel titulo regni ditionis; quia potestatem ei nec privilegium tribuit, nec annuorum vectigalium assignatio pro Ecclesiis, nec longissima consuetudo, nec præscriptio seu acquisitio domini per continuationem temporis lege definiti.

Archiepiscopus Compostellanus suas querimonias singulares habet. Rex petit, ut in clientelam ipsius se conferat, quod nec ipse, nec antecessores ejus unquam fecere. De dominatu urbis Compostellæ controversiam ei fruit: & civium cum eo disceptantium partes suscepit. Et vero Rex Alphonsus in Archiepiscopum copias miserat, ut cernimus in Papæ litteris 13 Febr. an. 1278 datis, per quas illum monet, ut revocet suos milites, damnumque huic Præsuli ac ejus Ecclesiæ illatum sarciat.

Rayn. 1278.
n. 32.

Informatio continuatur: Episcopo quoque ac Ecclesiæ Legionensi, & generatim cunctis Ecclesiis injuriam fecit per preces

Sæcul XIII.
A.C. 1279.

preces minis permittas, atque per violentias, quas adhibet, cum eliguntur Præsules & Magistri Ordinum militarium. A Clero ejusque clientibus beneficiariis subsidia exigit. Haud observat privilegia & immunitates a jure, ab antecessoribus suis, & a se ipso datas. Clerici trahuntur ad tribunalia profana, capiuntur, & judicantur in rebus criminosis. Fœnorum cognitionem capit etiam contra Clericos: Præsules impedit, ne statuant de materia spirituali: sententias eorum retexi jubet vel non observari, maxime interdicta. Vetat proscriptionem, præterquam certis in casibus; ac hujus exceptio in ejus curia non admittitur. A paucis annis fracti sunt in locis pluribus Ecclesiarum thesauri.

Præsulibus & Clericis ob peregrinationes, litterarum studia, aliasque causas justas e regno exeuntibus liberum non est efferre pecunias pro suis necessitatibus. Rex tributarias reddit hæreditates ab Ecclesia vel a Religiosis noviter obtentas: præscriptionis, ut vocant, ab iis acquisitæ nullam rationem ducit: & nisi documenta exhibeant, eos bonis immobilibus privat. Papæ ac Episcoporum indulgentias in regno suo promulgari non patitur, ut ex illis, quas ipse impetravit, majus commodum consequatur. En præcipua capita informationis Episcopæ

E 4

copæ

Sæcul. XIII.
A.C. 1279.
cupo Reatino traditæ. Addebat Papa litteras 23 Martii ad Regem scriptas, per quas eum vehementer stimulat, ut Ecclesiæ jurium violationes has cunctas compenset & omittat.

§. XXXI.

Alphonso III Lusitanie Regi mortuo succedit Dionysius.

Paulo ante Alphonso III Lusitanie Rex diem obierat, cum creata Ecclesiæ damna quodammodo resarfisset. Legimus monita, quæ an. 1273 Papa Gregorius Xilli dedit, a conquerente Regni Clero commotus. Inobsequentem idem Papa post biennium denuo castigavit, ecclesiasticas ei censuras minitans. Rursus anno 1277 Papa Joannes XXI, qui nascendi conditione illi subjectus fuerat, pariter ipsum hortando frustra perurgebat. Tandem Alphonso in discrimen mortis adductus, hoc an. 1279 die Martis 17 Januarii coram Durando Episcopo Eborensi inter manus Petri Martini ejusdem Ecclesiæ thesauro præfecti Sedi apostolicæ plenam & simplicem obedientiam, bonorumque omnium tum Templariis, tum aliis Religiosis aut Clero ademptorum restitutionem juravit, & factas eis injurias compensari jussit. Ad hæc id est Ulysipponæ præsentem ac comprobant.

Sup. Lib. 86.
§. 19.

Rayn. 1275.
n. 21. 22. &c.

Id. 1277. n. 12

Id. 1279.
n. 29.

probante Dionysio Alphonfi filio & suc-
 cessore. Tum Rex per Stephanum ve-
 terem Abbatem Alcobacensem absolutus
 a noxis, suum testamentum condidit, &
 a Pontifice Maximo, quem nuncupabat
 animæ ac corporis sui Dominum, cen-
 tumque argenti selibrarum legato dona-
 bat, ratum haberi cupiit. Sic vitam po-
 suit 16 Febr. ac Dionysius ei successit.

Sæcul. XIII.
 A.C. 1279.

§. XXXII.

*Bonagratius FF. Minorum Minister
 Generalis.*

Comitia Fratrum Minorum generalia
 hoc anno die Pentecostes 21 Maji
 Assisi celebranda indixerat Cardinalis
 Hieronymus Asculanus etiamnum Mini-
 ster Ordinis. Sed in tempore iis adesse
 non poterat, suo in reditu a Gallia, ubi
 Legatum egerat, morbo correptus. Cum
 dein eo venisset, confirmavit Fratris Bo-
 nagrati quaquam absentis electionem
 in successorem suum. Eandem sibi gra-
 tissimam esse Papa Fratres edoceri voluit,
 ac præcipuos invitari, ut adirent ipsum,
 & quæ ad gubernandum Ordinem expe-
 dire censerent, fidenter exponerent. Ita-
 que Surianum, ubi Papa hac æstate cum
 sua curia residebat, se contulere: & unus
 illorum, qui novum Ministrum tunc co-

Vad. 1279.
 n. 7.

Sæcul. XIII.
A.C. 1279.

mitabantur, erat Philippus Perusinus eorum, quæ ibi acta sunt, scriptor.

Cum ea, quæ in comitiis facta erant, ad Papam retulissent, poscebant ab eo defensorem (ut illos regula jubebat sua) nisi Alexandri IV exemplo ipse Ordinis præsidium in se vellet suscipere. Papa, Nihil agerem libentius, inquiebat: sed Ecclesiæ regimen universale non permittit, ut regendo Ordini vestro necessariam attentionem adhibeam. Et postquam suffragia defensorem cooptantium clam acceperat, a singulis petita vidit nepotem suum Matthæum Rossium de Urfinis Cardinalem Diaconum tit. S. Mariæ in porticu. Probata electione ad Cardinalem conversus, Dilecte fili! agebat: beneficia in te multa contuli: at ecce maximum tibi in cælum promovendo aptissimum: nam omnium Fratrum Minorum preces ac bona opera participabis. Tibi propugnationem hujus Ordinis committens tribuo, quod habeo pretiosissimum, ac delicias cordis mei. Plura ne diceret, singultus obstabant & lacrymæ: nec Fratres cohibere suas poterant. Tum tenero animi motu præterito Papa anulum suo detractum digito Cardinali in novi muneris signum tradidit, addens: Hic Ordo, cui viri perspicacissimi & sapientissimi præsunt, gubernatione tua non habet opus, sed

defen-

defensione contra suos adversarios & potentes & numerosos.

Sæcul. XIII.

A. C. 1279.

§. XXXIII.

Litteræ pontificiæ S. Francisci regulam explicantes.

Ab hoc die Papa operam dedit reprimendis illis, qui regulam & vitam Fratrum Minorum impugnabant, illicitam & periculofam dicentes talemque, qualis duci nequeat. Proinde statuit amplam eorum instituti declarationem edere, atque huic componendæ duos menses impendit cum duobus Ordinis Cardinalibus Hieronymo Asculano Episcopo Prænestino ac Bentivenga Episcopo Albanensi, quibus addidit novum Generalem & aliquot Provinciales Ministros. Romana Curia mirabatur hoc toto tempore cuncta negotia mandari aliis, nec percipiebat, quodnam esset illud, quod Papa tam occulte tractaret. Tandem 14 Augusti in lucem prodiit diploma: *Exiit, qui seminat*: in quo fuse dissolvit oppositiones Fratribus Minoribus fieri solitas, & difficultates, quas multi eorum in exercenda regula sua sentiebant. En summam hujus constitutionis, cujus pars prior auctoritatem facit plerisque responsionibus, quas S. Bonaventura jam dederat in sua *pauperum Apologia*.

c. 3. de verb. sign. in sexto.

Sup. lib. 86. §. 2.

Hunc

Sæcul. XIII.
A. C. 1279.

Sup. l. 78.
§. 63.

Hunc Ordinem, inquit Papa, a tenerris unguiculis singulari amore prosequentes, sæpe locuti sumus cum quibusdam S. Francisci sociis, qui ejus vitam & rationem agendi, quæ ad regulam mentem ejus pertinebat, noverant. Cum Cardinalis & Ordinis defensor effemus facti, ejus statum per longam experientiam intelleximus, ac sequentes declarationes edendas duximus. Dum S. Franciscus dixit, suam regulam esse observationem Evangelii, tantum præceptum ejus pro præceptis, & consilia pro consiliis dare voluit, præterquam illa, quæ in præcepta expresse redegit. Attamen Fratres præ reliquis Christianis cæteris consilia sequi tenentur, utpote statum perfectionis amplexi.

Regula aperte prohibet, ne domum locumve aut quampiam rem propriam habeant: & Papa Gregorius IX declaravit, hoc eis tam communiter quam sigillatim cavendum esse. Quam omni dominii abdicationem dicimus esse sanctam & meritoriam; Christum eam verbo ac exemplo docuisse, nec loculos habuisse legi nisi per indulgentiam erga imbecillos. Qui sic respuunt omnia, non arguendi sunt, quod ipsi se perimant, aut tentent Deum. Nam hujus providentia sic confidunt, ut humanas necessitatibus suis prospiciendi rationes haud spernant.

nant: seu victum liberaliter sibi oblatum Sæcul. XIII.
 accipiant: seu humiliter mendicando A. C. 1279.
 colligant; seu per laborem sibi comparant: quos tres modos regula dilucide n. emorat. Hæc autem omnis dominii abdicatio non excludit simplicem usum facti ad vitam plane necessarium: talemque fuisse S. Francisci mentem videbit, quisquis regulam probe discussit. Et quia illi, qui Fratribus largiuntur aliquid, hujus dominium loco Dei in neminem convenientius, quam in sacram Sedem & Papam transferre queunt: per constitutionem istam declaramus dominium librorum, mobiliumque ac utensilium omnium, quorum usumfructum Fratres habere possint, ad nos Ecclesiamque Romanam pertinere. Empta per stipem, & quibuscunque verbis donata Fratribus aut relicta loca, quorum nihil sibi reservaverint donantes, sub nostram pariter ditionem subjungimus. Sed in locis domibusque, quas incolendas obtinuerint, non manebunt nisi quamdiu donans in eadem voluntate persistit: qua mutata cedent; nec jus earum aliquod Romana retinebit Ecclesia. Cæterum non nisi necessaria ad usum mobilia, sine abundantia, sine copia, nihilque, quod paupertatis professioni deroget, habebunt.

Papa dein exponit fusc caput regulæ vetans, ne Fratres pecuniam per se aut per

Sæcul. XIII. per alios accipiant: dicitque, donantem
 A. C. 1279. servare semper dominium ac posses-
nem pecuniæ illis destinatæ, donec illa
 reapse vertatur in id, quod habeant opus
 Explicat minutatim, qua ratione tertius
 ad impensam pecuniæ delectus fungi of-
 ficio suo debeat; variosque casus, qui
 executionem impedire queant, vel retar-
 dare: id quod eo spectat, ut Fratres in-
 tactæ pecuniæ utilitatem omnem perce-
 piant. Dominium librorum cæterorum
 que mobilium, qui venundandi esse vi-
 fuerint, ad Romanam Ecclesiam pertine-
 re, ac eorum pretium Procuratori per Pa-
 pam vel Cardinalem defensorem confi-
 tuto recipiendum esse adhibendumque.

Ad laborem manuum in regula me-
 moratum quod attinet, declaramus, in-
 quit Papa, sibi non videri S. Franciscum
 voluisse ad eum adstringere illos, qui stu-
 diis litterarum, divinisve officiis, aut sa-
 cris ministeriis occuparentur; sed tunc
 tum reliquos propter otium vitandum
 tunc, cum vacarent utilibus a servitiis.
 Nec illos, qui ad celsum contemplatio-
 nis, precationisque gradum everti essent,
 inde per laborem avocari debere. Re-
 gula vetat, ne Fratres invito diocesis
 Episcopo conciones habeant: quod regu-
 læ caput ad litteram observari volumus,
 nisi sacra Sedes aliud statuat. Adhuc
 regula exigit, ut sacri oratores ab Ordine
 nis

nis Ministro Generali approbati sint: sed Sæcul. XIII.
 nos ob multiplicatum A. C. 1279. Ordinem divini
 verbi præcones in comitiis approbandi
 copiam ad Ministros Provinciales ex-
 tendimus.

Postea Nicolaus, ut Gregorius IX jam
 fecerat, declarat, Fratres non teneri
 S. Francisci testamento vel inhibitione,
 ne commentarios addant regulæ, aut in-
 terpretationis litteras a Papa petant.
 Demum præcipit, ut hæc constitutio
 sanctissime observetur, & instar cætera-
 rum decretalium palam legatur in scho-
 lis: at sub pœna anathematis, & jactu-
 ræ munerum ac beneficiorum prohibet,
 ne aliter illa quam ad verbum expona-
 tur, vel aliqua ei adjungatur interpreta-
 tio. Vetat, nequis contra S. Francisci
 regulam publice vel privatim loquatur.
 Dabat Suriani 14 Aug. an. 1279.

§. XXXIV.

Concilia in Gallia.

Hoc anno in Francia quatuor habeban-
 tur concilia, quorum decreta satis
 inter se similia sunt, ac pleraque ultimis
 e conciliis iterantur: materia est privile-
 giorum, bonorumque ac jurisdictionis
 ecclesiasticæ defensio contra molitiones
 Procerum Judicumque profanorum, &
 modica quædam Cleri ac monachorum
 corre-

Sæcul. XIII. correctio. Ut putidas repetitiones evi-
 A. C. 1279. tem, illa tantum, quæ singularia mihi vi-
 debuntur, referam. Primum his e con-
 ciliis Ponte Audomari diœcesis Lexo-
 viensis oppido die Jovis ante festum A-
 scensionis Domini 4 Maji an. 1279 Gui-
 lielmus Flavacurtius Archiepiscopus Ro-
 thomagensis cum Suffraganeis suis ha-
 buit. Nobili stirpe in Vulcassimo tractu
 ortus, Canonicum Ecclesiarum Parisinae
 ac Rothomagensis egerat: a qua coe-
 ptatus est Archiepiscopus die lunæ 9
 Martii tertia jejunii verni hebdomade an.
 1276, postquam octo abhinc mensibus
 nempe 10 Julii an. 1275 Frater Odo Ro-
 galdus ejus antecessor obierat. Guilliel-
 mi electionem in dubium vocatam, cum
 in Romana curia litem, quæ biennio du-
 rabat, peperisset, denique 9 Maji an. 1277
 ratam habens Papa Nicolaus sua illum
 manu consecravit: qui sedem Rothoma-
 gensis octo & viginti annos tenuit. Con-
 cilium Ponte Audomari celebratum inter
 alia præcipit, ut illi, qui Paschatis Sacra-
 menta non obierint, tanquam suspecti de
 hæresi tractentur. Sacerdotes ob decem
 annos non solutam proscripti intra Nata-
 les Christi ferias absolvi se curent, alio-
 quin graviter puniendi, etiam per jactu-
 ram suorum beneficiorum. Hæc an-
 thematis causa notari meretur. Clerici
 cruce signati non abutantur Papæ
 vel

Sæcul. XIII.
 A. C. 1279.
 to. II. Conc.
 p. 1043.

Gall. Chro.
 to. I. p. 590.

c. 5.

c. 22.

c. 23.

vel Legati litteris, errata sua haud impu-
ne laturi.

Sæcul.XIII.
A.C.1279.

Joannes Monforæus erat Archiepis-
copus Ecclesiæ Turonensis ab anno 1270,
postquam ejus Decanus fuerat. Jam duo
peregerat concilia provincialia; Salmu-
rii alterum an. 1276; alterum Langesiæ
an. 1277. Andegavi hoc anno 1279, 22
Octobris habuit tertium: in quo quatuor
tantum canones statuebantur. Unus E-
piscopi ministros inhibet, ne quid acci-
pian pro litteris consecrationis. Alius
Clericos præscriptos punit per amissionem
fructuum beneficii, quamdiu duret pro-
scriptio; atque si post anni spatium non
se curent absolvi, beneficio ipso eos pri-
vari jubet. Sic Clerus dabat exemplum
contemnendi anathema; & hoc non e-
rat amplius extrema pœna canonica.

Gall. Chro.
p. 776.
to. II. Conc.
p. 1011. 1038
p. 1047. bis.

Petrus Monbrunius Archiepiscopus
Narbonensis fuerat Canonicus ejusdem
Ecclesiæ, Romanæ vero Notarius, & Ca-
merarius, Papæ Clementi IV charissimus,
apud quem morti proximum Viterbii
commorabatur. Vacante Sede Aposto-
lica obiit etiam Maurinus Archiepisco-
pus Narbonensis 24 Julii an. 1272: &
Canonici suffecerunt ei Petrum Monbru-
nium, tanquam virum aptissimum ad se
liberandos ab oppressione, qua Ecclesias
hujus provinciæ Prætores Regis Gallo-
rum a longo tempore affligebant. Cum
Hist. Eccles. Tom. XXII. F proin

Gall. Chr.
to. I. p. 386.
Sup. Lib. 85.
p. 62.
Baluz. cons.
Narb. not.
p. 45. 176.

Sæcul. XIII. proin esset Archiepiscopus, post die fe
 A. C. 1279. stum Inventæ sacræ Crucis, nimirum

Ibid. conc.

p. 81.

20. 11. Conc.

p. 1062.

Maji an. 1279 Biterris concilium cele
 bravit, cui aderant septem Episcopi
 nempe Pontius Biterrensis, Bertrando
 Tolosanus, Berengarius Magalonensis
 Bertrando Helenensis, Petrus Agathensis,
 Petrus Nemaufensis, & Gualterius
 Carcaffonensis. Hoc in concilio decre
 tum fuit, ut Archiepiscopus Narbonensis
 adiret Franciam, in summo senatu pro
 ximo compareret, de antiquis novisque
 molitionibus, quæ prædia tam beneficia
 ria, quam a clientelarum nexu libera
 exercitum tangerent, conquereretur
 tius provinciæ nomine, atque hujus im
 munitatum ac privilegiorum conservatio
 nem posceret.

Bernardus Languiffelius tunc Arch
 episcopus Arelatensis, postea Cardinalis
 Episcopus Portuensis 17 Maji an. 1279
 Avenione concilium habuit, cui Episcopi
 quatuor intererant; scilicet Bertrando
 Tricastinus, Bertrando Vasionensis, Pe
 trus Carpenteratensis, & Joannes Telo
 nensis cum Vicariis Episcoporum Maffi
 liensis, Avenionensis, Cabellionensis,
 Arausionensis absentium. Facta ibi
 sanctio canones quindecim continens
 maximam partem contra iniquas bono
 rum ecclesiasticorum possessiones, occu
 pationesque, violentias in Clericos per
 petras

petratas, & contemptum anathematum: Sæcul. XIII. A.C. 1279.
 sed his malis omnibus novæ tantum cen-
 suræ opponuntur. Duo canones ad Re-
 ligiosos attinent. Alter prohibet, nequis
 inducatur ad sepulturam suam alibi
 quam in sua parœcia eligendam. Alter
 privilegio affectis interdicit, ne præscri-
 ptos ad Sacramenta vel sepulturam ec-
 clesiasticam admittant. Idem Concilium
 vetat, ne Religiosi confitentibus aures
 præbeant, nisi singularem ab Episcopis
 potestatem acceperint; neu Episcopi ge-
 neralem illis jurisdictionem delegend.
 Alius canon imperat, ut Episcopi cruce-
 signatis præsidio sint, & ipsorum privile-
 gia conservent, haud obstante obitu
 Papæ Gregorii decimi, qui bellum sa-
 crum edixerit, quia hujus executio sem-
 per speraretur.

c. 5.

c. 9.

p. 1061. B.

p. 1060.

§. XXXV.

S. Magdalene corpus in Provincia.

Archiepiscopus Arelatensis, qui hoc ce-
 lebraverat concilium, S. Mariæ Mag-
 dalenæ corporis translationi assistit, quæ
 sic narratur. Carolus Salerni Princeps, Sup. §. 25.
 Siciliae Regis filius natu major, cum Pro-
 vinciam transfret, probabiliter in suo ab Sup. lib. 83.
 aula Gallica reditu, hujus Sanctæ cor-
 pus sedulo investigandum curavit in fa-
 scello, ubi S. Maximinum primum Epis-
 copum

F 2

copum

Sæcul. XIII. copum Aquensem illud humasse ferebant
A.C. 1279. Ut legimus, quinque ac viginti abhinc

Joinville
p. 117.

Sup. lib. 84.

S. 5.

lib. 9. c. 192.

Et. c. 207.

annis, scilicet an. 1254 S. Magdalene corpus modico diei unius itinere Aquas Sextiis abesse, & illa diu in loco, qui ejus antrum dicitur, vindicasse vitam licentius actam credebatur. Sub idem tempus Vincentius Bellovacensis componebat suum Speculum historicum, in quo multa proponit excerpta e SS. Magdalene Marthæque vita, cujus in fine sunt hæc verba: Marcella S. Marthæ famula decem annis ei superstes fuit: ejusque vitam Hebraico libello scripsit: & ego Synthex illam latine reddidi, multa transiens. Vincentius Bellovacensis est primus, qui de his vitis SS. Magdalene Marthæ mentionem faciat: & quantumcunque ibi legas, illas esse fabulas a rudibus male inventas videas.

ap. Bzov.
1279. n. 19.

Hæc igitur erat traditio, ob quam Princeps Carolus S. Magdalene corpus indagari voluit. Richardus Cluniacensis rem ita refert. Apertis utraque parte monumentis, explorataque humum inventum est S. Magdalene corpus, non in sepulchro alabastrino, cui primum S. Maximinus Aquensis Episcopus illud incluserat, sed in marmoreo, quod ex adverso positum erat ad latus dextrum intrantium. Hanc inventionem comitantibus odoribus mirificis, & grandia miracula

cula sequebantur. E S. corporis lingua **Sæcul. XIII.**
 etiamnum gutturi adhærente prodibat **A.C. 1279.**
 radix cum ramulo fœniculi: ut ego, qui
 hæc scribo, dicere audivi eos, qui præ-
 sentes erant. Hæc radix divisa fuit in
 frustula, quæ velut sacræ reliquiæ mul-
 tis in locis asservantur. In eodem se-
 pulchro juxta sanctum corpus inventa
 est inscriptio veterrima supra lignum cor-
 ruptioni haud obnoxium hæc continens
 verba: Anno post natum Dominum no-
 strum septingentesimo sexta decima De-
 cembri regnante in Galliis Odoino, tem-
 pore incurfus Saracenorum, corpus S. Ma-
 riæ Magdalænæ noctu secretissime suo
 e sepulchro alabastrino in hoc marmoreum
 translatum est ethnicorum metu.

Richardus narrationem suam sic con-
 tinuat: Ego, qui hæc scribo, hanc in-
 scriptionem vidi legique. Princeps au-
 tem Carolus post hanc inventionem Ar-
 chiepiscopos Narbonensem, Arelatensem,
 & Aquensem cum aliis Episcopis, Abba-
 tibus ac Religiosis, Nobiliumque suorum
 Ordinem una cum Clero populoque præ-
 stituto die scilicet 5 Maji an. 1280 con-
 gregavit: illisque præsentibus subleva-
 tum S. corpus in capsam argenteam au-
 ro ac gemmis ornatam misit; caput ve-
 ro in thecam e puro puto auro. Insu-
 per alia inscriptio supra lignum cera obdu-
 ctum in sepulchro dabatur tam antiqua,

F 3

ut

Sæcul. XIII.
A. C. 1279.

ut vix legi possent hæ voces: Hic jacet corpus Mariæ Magdalenæ. Progrediente tempore Princeps Carolus factus Siciliae Rex eodem loco Fratres Prædicatores suffecit monachis de S. Victore Massiliensi, anno 1295 per auctoritatem Papæ Bonifacii VIII alio translatis. Hæc Richardus Cluniacensis.

ap. Rayn.
1279. n. 12.

Bernardus Gujonus Ord. Præd. Episcopus Lutevanus in suis Annalibus Papæ Joanni XXII dedicatis eandem ad verbum relationem facit, ita, ut alteruter ex altero eam exscripsisse videatur. Dis-

Spond. eod.
n. 3.

Hist. Eccl.
L. 23. c. 35.

crimen est, quod Bernardus hanc inventionem nono Decembris ponat, Odoicum nominet illum Regem, quem Richardus Odoinum vocat. Ptolemæus Lucensis itidem Ord. Præd. sub eodem tempus scribens eandem narrationem facit.

Sup. l. 85.
f. 52.

Lainoi.
Mayd. p. 67.

Observandum vero, nunquam Regem Franciæ fuisse Odoinum vel Odoicum nomine; & an. 700 Childebertum II, deinde Dagobertum III regnasse usque ad annum 716. At nec ille, qui cudit inscriptionem, nec ii, qui eam detexerunt, tantum notitiæ habebant. Legisti præterea, annis abhinc duodecim, nempe anno 1267 Regem S. Ludovicum cum Legato Simone Briensi adfuisse Veselii, cui ibi reliquiæ S. Magdalenæ e capsula veteri in novam transferrentur. Altius rem

si repetas, videbis ab anno 1146 creditum esse hoc S. corpus haberi Veselii; & an. 898 Imperatorem Leonem Philosophum curasse id apportari Constantinopolim, ac Epheso quidem secundum verba Cedreni. Omnia hæc facta non facile conciliari possunt cum illa inventione in Provincia.

Sæcul. XIII.
A. C. 1279.
Sup. lib. 69.
S. 34.
L. 54. S. 34.
Cedr. to. 2.
p. 599.
Lauvoi. p. 4.

§. XXXVI.

Concilium Redinganum.

In Anglia novus Archiepiscopus Cantuariensis Joannes Pecanus 30 Julii an. 1279 Redingæ oppido ad Tamesim concilium egit, quo convocatis omnibus Suffraganeis suis renovavit sanctiones concilii Lateranensis an. 1215 celebrati, & Londinensis an. 1268 habiti per Legatum Ottobonum contra possessionem plurium beneficiorum animarum cura præditorum. Concilium Redinganum vult etiam executioni dari decretum Gregorii X in concilio Lugdunensi, ut ne parœciæ jure fiduciario conferantur præterquam certis conditionibus. Mandat, ut Parochi suis in Ecclesiis promulgent undecim casus anathematis latæ sententiæ: quorum septimus est contra illos, qui non conficiunt imperium Regis, ut proscripsi capiantur. Præcipit, ut infantes intra dies octo ante Pascha & Pentecosten

to. II. conc.
p. 1062.

Sup.

Conc. Lugd.
c. 14.

Sæcul. XIII.
A.C. 1279.

p. 1068.

tecosten nati ad solennem baptismum re-
serventur.

Hoc in concilio facta insuper est con-
stitutio pro Virginibus Deo sacris, quæ
jubet eas divinum officium cantare inte-
grum nihil hinc detrahendo, ac præscri-
bit modum adeundi ac recipiendi homi-
nes profanos. Nam illæ non manebant
semper intra claustra cœnobii: sed exi-
bant quandoque ad visendos cognatos
suos, vel propter negotia, quæ necessaria
videbantur. Colloquii locus, ubi saluta-
tiones excipiebant, erat aula quædam
sine disjunctione, sine cancellis, nec nisi
cum comite in illam veniebant, ejusdem-
que porta egredi vetabantur. Comede-
bant interdum intra claustra sua cum ex-
traneis: id quod Concilium prohibet, ve-
lut etiam, ne se dominas vocari carent.
Pro Judicibus arcanis non illis alios per-
mittit Religiosos, quam Fratres Prædica-
tores Minoresve.

§. XXXVII.

Regis Ladislai edictum de Comanis.

Philippum Firmiensem in Marchia An-
conitana Episcopum Papa Nicolaus
Vghell. to. 2. Legatum in Hungariam miserat, hujus
p. 781. regni turbas pacaturum: nam Proceres
in Regem Ladislaum III consurrexerant:
diripiebantur Ecclesiarum bona; jura earum

rum & immunitates violabantur. Philippippi legatio in Poloniam, Dalmatiam, Croatiam, Serviam, Comaniam, vicinasque regiones se porrigebat, idque negotium 22 Sept. an. 1278 illi commissum fuerat. Ipso instante Rex Ladislaus edictum fecit, in quo agnoscit Hungariam a Romana Ecclesia lumen fidei ac regiam dignitatem in Rege S. Stephano avo suo accepisse; atque declarat se solenni iurjurando esse adstrictum, ut servet, & in regno suo servari curet catholicam religionem ac libertatem ecclesiasticam; ut Regum Majorum suorum constitutiones & bonas regni consuetudines sanctissime colat; ac Legato per suam potestatem profanam suppetias ferat ad coërcendos, pellendosque suo e regno hæreticos.

Præterea spondimus, addit, & juravimus, nos curaturos observari puncta sequentia, quæ Uzuc & Tolon Comanorum Duces totius nationis nomine affirmarunt, scilicet: Comani omnes utriusque sexus nondum primis Christianorum sacris initiati, baptismum cæteraque Sacramenta suscipere, & cuncta reliqua, quæ sancta Ecclesia Romana docet, credere ac observare volunt, abdicantes cultum falforum numinum, ethnicasque ceremonias universas. Relictis montibus, tentoriisque ac domibus suis stramineis manebunt in pagis ac ædibus fixis, ad

Sæcul.XIII.
A.C.1279.

Kayn. 1278.
n. 23.

Id. 1279. n. 31

F 5

usus

Sæcul. XIII.
A.C. 1279.

usus Christianorum se per omnia conformaturi. A quibuslibet violentiis in Christianos, præsertim a cædibus nostro in regno prorsus abstinebunt. Orant Legatum, ut constituat viros, qui per cunctas ipsorum familias in illos, qui memoratis in rebus deliquerint, inquirent, eosque Legato ac nobis denuncient, merita poena, illi quidem ecclesiastica, nobis temporali afficiendos. Polliciti quoque Comani sunt, se universa templa & cœnobia, terrasque tum Ecclesiis, tum monasteriis, tum Nobilibus, tum reliquis Christianis inique hæctenus ademptas ad primum Legati imperium reddituros esse.

Spondemus etiam, pergite Rex, nos accepturos & observari curaturos omnia, quæ Legatus in conventu generali vicesima die post festum S. Joannis celebrando sancienda judicaverit ad augendam fidem, libertatem ecclesiasticam, regni que nostri tranquillitatem. Si nequeamus persuadere Comanis, ut, quæ supra diximus, cuncta impleant, promittimus, nos in eodem conventu indicturos expeditionem bellicam, ut per vim eos sapere cogamus, & obsides dare secundum Legati præcepta custodiendos. Hoc edictum Rex Ladislaus dedit Budæ 23 Jun. an. 1279. Coman gens barbara & veterum Scytharum

*Ducange
observat.
sur Ville-
hard. p. 336.*

pars ad os Danubii septem triones ver-
sus habitans, erant etiamnum bruti ni-
mis, quam ut Christianam religionem
fufciperent. Et vero ad nihilum reci-
dit hæc tentatio: illorumque ad Chri-
stum adjunctio non nisi post centum an-
nos facta est sub Ludovico I Hungaro-
rum Rege ex profapia Andegavenfi.

Sæcul. XIII.

A. C. 1279.

Thurocz.

p. 107. c. 45.

§. XXXVIII.

Concilium Budense.

Conventus generalis post tertiam a fe-
sto S. Joannis hebdomadem peractus
numeratur inter concilia: habemusque
sanctiones ejus per Legatum Philippum
promulgatas e sententia & consensu
Præfulum Abbatumque cum universo
Hungariæ Clero seculari regularique
Budæ Dicoeseos Vesprinensis urbe præ-
sentium. Hæ constitutiones dabantur
die finiti concilii, nempe 14 Septemb.
an. 1279. Continent easdem præscri-
ptiones, quas cæteræ ejusdem temporis,
indicantque in Ecclesiis Hungariæ ac
Poloniæ effrænatam fuisse vivendi li-
centiam.

to. II. conc.

p. 1071.

Primi canones præfinitum vestitum
Præfulum, ac prohibetur, ne in publi-
co compareant sine supparo. Nullus
Clericus incolat domum, ubi vinum mi-
nutatim

c. 1. 2. 6.

c. 5.

- Sæcul. XIII.
A. C. 1279.
- c. 7. nutatim venditur; vel ubi personæ viles aut suspectæ habitant. Præsules atque Clerici abstinebunt ab actibus bellicis, & cunctis violentiæ generibus, seditionibus, pugnis, expilationibus, incendiis. Licet tamen illis Ecclesias suas & patriam defendere, arma inferentibus resistendo tantum, nec per se ipsos dimicando.
- c. 17. Concilium vetat conjurationes ac foedera inter Ecclesiasticos, infirmans facta hanc ob causam promissa & juramenta omnia; vetat autem sub poena anathematis & ademptionis beneficiorum.
- c. 26. Sacerdotes non teneant in domibus suis liberos, quos consecrati genuerunt: & hi liberi famulentur Ecclesiæ cathedrali.
- c. 33. Christiani divino officio, speciatim sacro dominicis ac festis diebus aderunt in parœciis suis: neque his præferent templa Religiosorum, cujuscunque sint Ordinis. Sacramenta non nisi a Parochis suis accipient sub poena suspensionis executionis Ordinum irrogata illis, qui ea administraverint.
- c. 38. Cum Archidiaconi habeant jurisdictionem, Juri canonico minimum tres annos studuerint, oportet.
- c. 40. Si Præsules aliive Antistites sæculares, aut Religiosi subditis interdican, ne statum suarum Ecclesiarum vel cœnobi-
orum detegant, quin etiam jurejurando ad silentium adstringant, has inhibitiones ac hæc juramenta declaramus nulla.
- Con-

Consuetudo, qua Hungariæ Archidiaconi selibram argenti accipiunt, ut armis aut veneno necatos sepeliri patiantur, non extendetur ad illos, qui fulminis ictu, vel in aquis, aut simili casu perierint. Indigna res pridem in Hungaria usu recepta est, ut homines profani per speciem juris patronatus (ut vocant) vel alio nomine templa & monasteria, eorumque prædia occupent, atque cum equis ac reliquis animalibus suis ibi habitent, destructis aris, cæterisque divini servitii argumentis. Muniunt illa, & in arces convertunt, quo direptionum suarum prædas deportant; & ubi humanum spargunt sanguinem. Quapropter eos admonemus, ut illa templa, cœnobia, prædiaque una cum fructibus inde perceptis intra sex menses Episcopis cæterisque, ad quod res pertinent, restituant: alioquin eos execratione devinctos solenniter declarabunt Hungariæ ac Poloniæ Præsules, & ad Magistratus civilis præsidium, si opus erit, confugient.

Judicibus Ecclesiasticis Judices profani auxiliariam præbebunt manum, ac rebelles per occupationem bonorum aliosque modos idoneos adigent, ut illorum sententias exequantur, se ab anathemate absolvi curent, & satisfaciant in causis, ob quas in illud incurrerunt: quam

Sæcul. XIII.
A.C. 1279.

c. 46.

c. 52. 53.

c. 57.

Sæcul. XIII. quam ad rem Judices profani per cen-
 A. C. 1279. furas ecclesiasticas compellentur. Vi-

cissim Judices ecclesiastici, si rogati fue-
 rint, Judices profanos spiritualibus ju-
 vabunt armis, & illos, qui eorum sen-
 tentiis non paruerint, censuris ferient.

c. 58. Cursum appellationum ad apostolicam
 Sedem cæterave tribunalia ecclesiastica
 nemo, ac ne Rex quidem impediatur: alio-
 qui Rex interdictus sit ingressu templi,
 donec sustulerit impedimentum: reliqui
 vero, nisi tres intra dies destiterint, in
 anathema ipso facto incurrant. Decla-

c. 59. ramus Ecclesias ac personas ecclesia-
 sticas per pietatem veterum Regum, cæ-
 terorumque Dominorum, ac per privile-
 gia sibi concessa operis vectigalibus,
 collectis, aliisque laicorum oneribus, tri-
 butis ac portoriis exemptas esse.

c. 60. Itaque prohibemus, ne in Hungaria & reliquis
 legationis nostræ regionibus tales fiant
 exactiones: & qui sic extorta intra tri-
 duum non restituerint, ingressu templi se
 interdictos sciant!

c. 61. 62. &c. Post aliquas pro Regularibus san-
 ctiones Legatus addit: Comperimus, &

c. 67. ipsi vidimus in Hungaria cæterisque
 legationis nostræ regionibus Ecclesiasti-
 cos tam sæculares quam Religiosos, ac
 sæpe, quod pejus est, Præsules ipsos non
 observare, nec observandas curare cen-
 suras Ecclesiæ, ac negligentia & malo

exem-

exemp'o suo populum ad contemptum earum inducere. Quare Clerici rapiuntur in carceres, vapulant, mutilantur, perimuntur; Præsules privantur bonis ac juribus suis; diripiuntur & profanantur templa; immunitas ac libertas ecclesiastica spernitur; tollitur disciplina; & sceleri datur impunitas. Igitur vehementes ob preces cunctorum Antistitum hoc in concilio præsentium imperamus, ut universi Præsules & Clerici, etiam exempti censuras omnes per canones vel Judicem pronunciatas sanctissime observent ac observari curent, sub pœna anathematis in personas, & interdicti in congregationes. Miror concilium sperasse censuras secundas magis quam primas observatum iri, ac remedium contra contemptum ipsarum censurarum fore. Oportebat a fundamentis attollere Ecclesiæ authoritatem, existimationi ac reverentiæ erga ministros ejus, & vivæ pœnarum præmiorumque æternorum fidei inædificatam.

§. XXXIX.

Regis Ladislai inconstantia.

Interea, dum hoc concilium agebatur, Rex Ladislaus juvenili quodam impetu malisque consiliis abreptus, hunc conventum injuriam sibi facere credidit, &

Sæcul. XIII.
A. C. 1279.

Rayn. 1280.
n. 8.

Sæcul. XIII. & judici civibusque Budensibus sub gra-
 A. C. 1279. vibus, si non parerent, pœnis mandavit
 ut Antistites ex urbe pellerent, nemi-
 nem Præsulum intrare paterentur, im-
 pedirentque, ne illis eorumque dome-
 sticis pro pecunia sua victus suppedita-
 retur. Simul appellatione usus Legati
 sanctionibus obedientiam denegavit, &
 alios ab ea etiam per pœnas retraxit,
 promissa & juramenta sua nihili pen-
 dens. Tam male agebat Ladislaus, qui
 Comanis favebat nimium, pluresque hæc
 ex gente concubinas alebat.

*Id. 1279.
n. 37.*

*Jo. Thurocz. chr.
c. 79. 80.*

c. 35.

Papa Nicolaus relapsum erigere cura-
 tis viribus conabatur. Carolo Siciliæ
 Regi, cujus filiam Ladislaus connubio sibi
 junxerat, & Rudolpho Regi Romanorum
 scripsit, ut per Legatos suos illum in
 viam reducerent. Etiam ad Reginam
 ejus conjugem, & ad Episcopos Proce-
 resque Hungariæ litteras dedit. Lega-
 tum Philippum monuit, ut ne spem abji-
 ceret, sed fortiter agere pro tuenda fide
 pergeret. Demum Regi Ladislao misit
 epistolam fufam, movendoque animo
 parem, quem vel nominis honor, vel
 religio tangeret. Litterarum hæc est
 summa. Ut muneri nostro faceremus
 satis, turbatique regni tui malis medea-
 remur, Philippum, cum ipsi pro nostro
 desiderio illuc ire non possemus, Lega-
 tum ad te misimus. Cognovimus te ve-
 ritum,

ritum, ne Romana Ecclesia dignitati & Sæcul. XIII.
 juribus tuis obesse vellet, tuum Philippo A.C. 1279.
 regnum claudere cogitasse. Sed jucun-
 dum nobis auditu fuit te ingressi Legati
 monitis saluberrimis obsequentem, cum
 ad aram Evangelia contingeres, jusju-
 randum dedisse de conservanda liberta-
 te ecclesiastica, pellendis que tuo e regno
 hæreticis. Papa adjungit ea, quæ Rex
 de Comanis præmiserat; deinde pergit:

Dum tuam in salutari hoc proposito
 constantiam sperabamus, te, quæ toties
 sponderas, juraverasque, haud exe-
 cutum esse dolentes vidimus. Qua in re
 graviter peccantem te in anathema,
 tuamque Hungariam in interdictum re-
 cidisse ut agnoveras, repetito eodem ju-
 ramento, omnem appellationem, exce-
 ptionemque ac oppositionem abdicabas.
 At hoc promisso non stabas melius: ad
 appellationem iterum conversus, Lega-
 ti jussa abnuisti. Tum ei Papa ob oculo-
 ponit delicti magnitudinem, ac divi-
 ni severitatem judicii, ubi appellationes
 nullum habituræ sint locum: declarat
 se illi corrigendo remedia spiritualia æ-
 que ac temporalia adhibiturum: affir-
 mat, Hungariæ Præfules, Proceresque
 ac populum pro gloria Dei contra illum
 consurrecturos esse. Dabat 9 Decembris
 an. 1279.

Secul. XIII.

A.C. 1279.

Rayn. 1280.

n. 8.

Ladislaus moniti rationem aliquam videtur habuisse. Certe legimus eum anno sequente suam Budense Concilium dissipantis noxam agnovisse, & hujus compensandæ gratia Legato pauperum nomine stipulanti centum argenti sellarum proventum annum decrevisse quo domus hospitalis in regno suo condenda sustentaretur. Litteras dabat 11 Augusti an. 1280, simulque alias, quibus accepit universas constitutiones a Sede apostolica contra hæreticos editas, quasque in regno eas observari iussit. At denique Legatum Philippum pepulit: qui in Poloniam delatus honorifice ibi exceptus fuit.

Rayn. n. 10.

§. XL.

Frater Martinus Polonus.

Staravol/c.

p. 29.

Echard.

sum. S. Tho.

p. 603. 604.

Vacantem per sex annos Archiepiscopatum Gnesnensem an. 1278 Papa Nicolaus Fratri Martino Polono contulit. Erat ex Ordine Prædicatorum pontificii sacelli ac expiationum Præfectus a tempore Clementis IV; easdemque functiones sub ejus successoribus exercebat. Igitur in Gnesnensem Archiepiscopum a Nicolao III consecratus se viæ commisit, ut rediret in Poloniam quo vocatus ab Optimatibus regni fuerat. Sed Bononiæ extinctum Fratrem Prædicatorum

Prædicatores suo in templo terræ man-
 darunt. Famam sibi peperit per scripta
 sua, quorum tria sunt genera; 1. Con-
 ciones multæ; 2. Amplissima tabula De-
 cretum Gratiani & omnes materias or-
 dine alphabetico continens, quæ Decre-
 ti margarita vocatur. 3. Chronica, quæ
 sunt opus illius celeberrimum. Ait se
 hæc scripsisse potissimum pro Theologis
 & Jurisconsultis, eo quod eorum inter-
 sit nosse tempora Paparum & Imperato-
 rum. Et vero tota ejus chronica his
 duabus partibus constant: ab uno latere
 sunt Papæ a Christo JEsu primo novæ
 legis Pontifice usque ad Clementem IV:
 altera in pagina sunt Imperatores ab
 Augusto usque ad Fridericum II cum an-
 nis in margine. In præfatione dicit Car-
 dinales apud Papam esse instar triplicis
 hierarchiæ Angelorum Christo in coelis
 servantium. Numerat Cardinales quin-
 quaginta & unum, in iis Episcopos se-
 ptem, Presbyteros viginti octo, ac sex-
 decim Diaconos, singulorum titulos &
 functiones recensens. Nominat au-
 thores, e quibus sua chronica compo-
 suit, & inter ultimos Richardum mona-
 chum Cluniacensem, ac Vincentium Bel-
 lovacensem ponit. Fecit deinde alte-
 ram operis editionem, in qua ei addidit
 Papas sequentes usque ad Nicolaum III,
 cujus initium duntaxat memorat. Ab

Sæcul. XIII.
 A.C. 1279.

B20v-1278.

n. 32.

Echard.

p. 606.

Echard.

p. 616.

Sæcul. XIII
A. C. 1279.
Echard.
p. 601.

exordio libri refert quasdam fabulas suo tempore currentes: at in melioribus exemplis seu apographis non legitur illa de Joanne Papissa, quam ei plures scriptores hodierni tribuunt. Erant, qui Martinum Polonum confunderent cum quodam Consentino in Italia Archiepiscopo, qui pariter chronica confecit; sed cujus nomen ignoratur.

Rayn.
1279. n. 43.

Post Martini Poloni obitum Collegium Gnesnense in Archiepiscopum cooptavit Vostliberium ejusdem Ecclesie Canonicum: & a Legato Philippo Episcopo Firmiensi etiamnum inter Hungaros agente per nuncium petiit electi confirmationem, mandatumque, quod ad eum ibi consecrandum spectaret. Sed Legatus magni momenti negotiis in Hungaria detentus rem ad Papam transtulit, ut eam prompte absolveret, orans: & Collegium Gnesnense suas adjunxit preces, ut Papa electo iter Romam faciendum condonaret, Ecclesie Gnesnensis inopiam & pericula viarum respiciens. Papa Legato præcepit, ut Vostliberium, si rite electum compererit, confirmaret, curaretque inaugurandum convocatis vicinis Episcopis. Scribebat 23 Dec. an. 1279. At Lesco Niger Cracoviae ac Siradiæ Dux impediit, ne mandatum perficeretur.

Vading.
to. 2. reg.
p. 153.

Long. l. 7.
p. 818.

Papæ diploma de electionibus.

Interim Papa, ut longæ Ecclesiarum vacationis effectus molestos tolleret, ^{c. Cupientes.} ^{16. de elect.} constitutionem fecit in hanc sententiam. ^{in sexto.}
 Omnes electi ad Ecclesiam, cujus suffragiorum confirmatio a Sede apostolica proxime pendet, intra mensis spatium post cognitam sui electionem in viam se dabunt Romam versus, elapsoque tempore pro distantia locorum ad iter suum necessario intra dies viginti cum omnibus actis suum ad jus pertinentibus ipsi coram nobis comparebunt: alioquin omni jure, quod eis electio dederit, exutos declarabimus. Et quo melius edoceamur de suffragiis, collegium sumptibus sedis vacuæ intra idem temporis spatium duos ex electoribus mittet: alioquin excludetur a persecutione causæ, & a beneficiorum suorum fructibus per triennium abstinere jubebitur. Hæc sunt, quæ mihi præcipua videntur in hac sanctione data 13 Decembris an. 1279. Longa & obscura est ob multitudinem exceptionum, conditionumque restrictarum, quibus scatet pro stylo seculi omnes casus singulares prævidere, cunctasque lites prævenire cupientis: id quod dabat occasionem formandi novas. ^{Con. v. 2. Gloss.}

Sæcul XIII. tra efficax modus contrahendi vacatio-
A.C. 1279. nem Ecclesiarum cathedralium aliarum-
 ve erat revenire ad jus antiquum, quo
 electiones in quavis provincia discuti &
 judicari solebant inconsulto Papa.

§. XLII.

Renulphus Episcopus Parisiensis.

Eodem tempore Episcopatus Parisinus
 vacabat per decessum Stephani Tem-
 perii mortui die dominico post festum SS.
 Lupi ac Ægidii, nempe 3^{io} Sept. 1279.
 Collegium in illius locum elegit Odonem
 Dionysiopolitanum Doctorem eruditissi-
 mum, sed grandem natu. Quidam Ca-
 nonici electionem impugnabant: fiebant
 appellationes ad Sedem apostolicam: &
 Odo Romam ibat, ut eas dirimi cura-
 ret. Papa, expensa re gravem electi æ-
 tatem videns, quæ inter alia ex tremu-
 lis ejus manibus apparebat, infirmavit
 electionem: sed antequam hoc divulga-
 retur, Odo jure suo cessit. Tum Papa
 & Cardinales electionem novam Colle-
 gio Parisiensi haud relinquendam duce-
 bant, ne diu nimium vacaret Ecclesia
 tam spectabilis. Idcirco Papa collatio-
 nem ejus sibi reservavit, eique præfecit
 Joannem Allevium notiores sub Joane
 nis Aurelianensis nomine, Parisiensis Ec-
 clesie

Dubois
 p. 402.

clesiæ Canonicum & Cancellarium, ^{Secul.XIII.} A. C. 1280.
 merita per famam noverat.

At Joannes Aurelianensis id edoctus
 secreto & insciis etiam domesticis suis
 inter Dominicanos Parisinos se abdidit,
 petitamque vestem religiosam ab iis ac-
 cepit in vigilia Paschatis 20 Apr. 1280.
 Postea Papæ scribens, liberationem ab
 imposito sibi onere, suosque dies in ec-
 lecto vitæ genere finiendi copiam sup-
 pliciter poposcit. Papa tam sancto pro-
 posito nolebat obsistere; atque Parisinum
 Episcopatum contulit in Renulphum
 Humblariensem natione Normannum,
 Doctorem Theologiæ a sapientia & vir-
 tute sua celebrem, qui Ecclesiam S. Ger-
 vasisi rexerat, tunc vero primariæ seu
 cathedralis Canonicum agebat: ut li-
 quet ex epistola, quam Papa Nicolaus in
 ejus gratiam ad Regem Philippum Au-
 dacem Suriani dedit 27 Junii 1280.
 Renulphus Humblariensis sedem Pari-
 sinam per annos octo tenuit. Joan-
 nes vero Aurelianensis in Ordine Præ-
 dicatorum permanens optimo eis exem-
 plo præluxit sex ac viginti annos, scilicet
 usque ad annum 1306.

Baluz. 1.6.

Miscell.

p.440.

ibid. p. 444.

§. XLIII.

Vecci scriptum.

Constantinopoli Joannes Veccus Pa-
 triar-

G 4

triar-

Sæcul. XIII.

A. C. 1280

Pachym. l. 6.

c. 23.

Græcia or-
thod. p. 39.

p. 1.

v. *Cave.*

p. 487.

Pachym.

p. 327.

triarcha quotidie scripta recipiebat a schismaticis, qui consensionem cum Latinis vocabant desertionem fidei, & putatum hoc crimen exaggerantes, adversariis suis exprobrabant, quod non viderent mala, in quæ inducti essent. Veccus illis a se respondendum censuit, quamquam Theodoro Xiphilino Magno Ecclesiæ Constantinopolitanæ Oeconomo pollicitus erat, se hac de materia non scripturum, quidquid demum dicerent schismatici. Scripsit ergo, ut ostenderet pacem merito constitutam fuisse; atque ut emolumentum inde proveniens taceret, illam esse bonam & in se ipsa tutam quippe autoritate sacri codicis & Patrum suffultam. Tunc in Vecci manus inciderunt duo Nicephori Blemmidæ scripta, quæ habemus; Imperatori Theodoro Lascaridi alterum, alterum Jacobo Bulgaricæ Archiepiscopo dedicatum: utrumque spectabat ad demonstrandum Spiritum Sanctum ex Filio procedere. Etiam Nicetæ Maronici Archiepiscopi Thessalonicensis libro Veccus pro Ecclesiarum concordia utebatur. His fundamentis nixus plures dissertationes composuit, per quas docerentur schismatici se salva religione accipere pacem posse.

Hæc scripta eis præbebant occasionem conquerendi de Patriarcha, dicentique, eum renovare querelas alieno tempo-

Sæcul. XIII.
A. C. 1280.

tempore tractando quæstiones, de quibus filere iussi essent; atque si ob necessitatem se tuendi scriberent, hoc sibi haud posse crimini dari. Qui querimonias istas ad Imperatorem deferebant, pollicebantur se culturos pacem, dummodo expresse interdiceret, ne mentio de doctrina quocunque demum modo inferretur. Imperator, etsi petitionem eorum improbans, ut contineret homines, edictum fecit, quod eos reddere securos videbatur, attamen offerebat ansam de iis conquerendi. Inquiebat enim: Meminisse Dei sæpius quam spiritum ducere, ideoque loqui de doctrina ejus, sed omnino cavere oportet, ne fiat declinatio a sacris litteris.

Joannes Metropolita Ephesinus, pluresque alii Episcopi pacem non nisi ægerrime & postquam multa passi erant, admiserant: & ut scrupulos placarent suos, complura adducebant exempla eorum, quæ Sancti in Ecclesia per indulgentiam fecissent, mala majora evitandi gratia. Ita dicebant se pacem accipiendo peccasse, si res severe censeatur. Verum Patriarcha Veccus ab hac opinione dissentiens, per libros divinos & Patres facere planissimum volebat eos, qui pacem respuissent, errasse.

Sæcul. XIII.
A.C. 1280.

§. XLIV.

Concilium Constantinopolitanum.

to. II. conc.
p. 1125.
Græc. orthod. to. I.
p. 366.

Immo plura hanc ob causam concilia habuit; unum inter alia Constantino poli die Veneris 3 Maji indictione octava nempe anno 1280. Intererant octo tum Metropolitæ, tum Archiepiscopi, nempe Nicolaus Chalcedonensis, Meletius Atheniensis, Nicander Larissanus, Leo Serrensis, Theodorus Chersonensis, Theodorus Sogdeanus, Nicolaus Proconnesensis, ac Leo Bereanus: aderant etiam Imperatoris Administri. Hoc in concilio Patriarcha Joannes Veccus pronuntiavit sententiam, cujus hæc est summa: Vel minima mutatio scriptorum, quæ Patres reliquerunt, Ecclesiæ haud parum nocet: & nos, qui eis successimus in ducendo grege, traditionem ab eis acceptam sanctissime conservare convenit. Magni Oeconomi Xiphilini gener habebat inter alios libros quoddam venerabilis antiquitatis volumen varia S. Gregorii Nysseni opera complectens, quorum aliquod erat sermo in Orationem dominicam. Ibi loquens de iis, quæ divinis Personis communia & propria sunt, ait Spiritus Sanctus dicitur esse ex Patre & fertur esse ex Filio. Xiphilinus felicis memoriæ, qui librum a genere suo

Conc. n. 3.
p. 1131.

Petr

Penteclesiota commodatum acceperat, Sæcul. XIII.
 hunc ibi locum Ecclesiæ paci tam faventem vidit, & protulit, ita ut nobis & omnibus notus fieret. Penteclesiota, ad quem liber spectabat, pacem æque volebat, quam ejus affinis Ecclesiæ nostræ Relator: qui, cum nihil videret, quod ad hunc locum tam clarum reponeret, cultello particulam *in* seu *ex* delevit, haud cogitans eundem locum aliis in exemplis sive apographis quæsitum, integrumque inventum iri.

At postquam pacem nostramque communionem cum multis aliis amplexus fuerat, inter plures ejus nobiscum congressus accidit, ut hoc apographum valde laudaret: & in continuatione colloqui se illam particulam cultello erasisse passus est ipsamque facti rationem. Ab eo tempore solerter inquisivimus, quomodo loci hujus tam ponderosi autoritas pro Ecclesiæ pace conservari posset; & quid agendum esset, ut schismatici corruptionem hujus apographi suam in remvertere nequirent. Igitur rem cum Episcopis collegis nostris communicavimus: qui communi sententia judicarunt spatium, in quo particula *in* fuisset, vacuum esse relinquendum, quia eam de novo ibi scribere tutum non foret ob suspicionem, quam scriptura recentior in posterum moveret: sed faciendam inibi
 notam,

A. C. 1280.

c. 4.

c. 5.

Sæcul. XIII.
A.C. 1280.

nota. Cossart

Pachym.
p. 238. 329.

p. 327.

notam, & corruptionis hujus testimonium posteris dandum. Id concilii decretum, postquam Magister libellorum supplicum suam iterum confessus noxam & veniam precatus erat, e vestigi executioni mandatum in tabulario ecclesiae Constantinopolitanæ repositum fuit ad conservandam rei memoriam. Veruntamen verba, de quibus agitur, in illo sermone seu homilia S. Gregorii Nysseni hodie non cernuntur amplius.

Hoc agendi modo Patriarcha Vene-
cus magis magisque bilem movebat
schismaticis, qui ægerrime videbantur
eum doctrinam Latinorum planissimè
probare, cum ostenderet Patres infla-
eorum dixisse, Spiritum Sanctum pro-
cedere *ex Filio*, seu, quod idem esset, per
Filium. Malebant perhibere, se peccasse
se per indulgentiam jungendo pacem
cum hominibus in dogmate errantibus.
Qui hac de materia liberrime loqueba-
tur, erat Melecius Metropolita Athe-
niensis. Ephesinus Imperatori æquilo-
rem se præstabat; sed clam conabatur
Patriarcham de gradu dignitatis depe-
dere, quamvis se amicum ejus simula-
ret.

§. XLV

§. XLV.

Palæologi crudelitas.

Sæcul. XIII.
A.C.1280.

Contra Imperator schismaticos in desperationem agebat per suspiciones & crudelia facta sua: nam molestissime ferebat, quod evertere fidem diceretur tunc, cum maxime studeret eam reddere purissimam. Itaque in Anatolia versans mense Julio an. 1280, quos Constantinopoli in carcere detinebat, Principes adduci ad se voluit; & interrogatos per dies aliquot vituperiis & injuriis onerans, duos, qui flecti haud poterant, excæcari jussit, nempe Manuelem & Isaacum Radulphi filios: Joannes Cantacuzenus manus dedit, & Andronicus in carcere obierat. Patriarcha Veccus erat tunc apud Imperatorem, quo præfente duo fratres Vecco exprobrabant, quod hoc supplicium subirent ob fidem, quam fuisset ipse professus, & ob quam vincula tulisset ante obtentam dignitatem suam. Imperator obcæcari pariter ac equuleo torqueri jussit plures alios sibi suspectos, quali ad imperium damno liberorum ejus aspirarent: & amor, quo in hos ferebatur, ad multa eum crimina induxit. Speciatim monachos oderat, non tam, quod schismati adhærerent, quam quod numerarent ipsius dies, quibus

Id. c.24.

*Sup.lib.86.
§. 56.*

*Gregoras
l.5. c.7. n.7.
Pachym.
p. 333.*

Sæcul. XIII
A.C. 1280

bus finitis se a malis suis liberatum
sperarent. Jactabat terribiles in eo
minas, quas sæpe non exequabatur, et
famæ suæ confuleret. Conquerebatur
autem, quod a primordio ætatis pro
mico monachorum habitus eos odium
cogeretur, quippe quos sciret improba
re suam agendi rationem, vitæque suæ
finem indagare. Et vero eorum multi
divinationibus tribuebant fidem. Porro
cum suppliciorum metus libertatem
quendi tolleret, contra Imperatorem
ctu spargebantur libelli, per quos ei
coronæ possessio iniqua objiciebatur.
Ipse cum authores eorum comperire non
posset, sanctionem edidit, qua mortis
pœnæ addicebatur, quisquis tali cum
bello deprehensus fuisset. Volebat enim
ut ille, qui aliquod tam mali exem
scriptum invenisset, id nec alii monstra
ret, nec ipse legeret, sed protinus igni
daret.

§. XLVI.

Papæ Nicolai III mors.

Nicolaus III vitam suam diutissime pro
ducturus ob firmam corporis confi
tutionem, moderationemque sui regni
nis videbatur. Sed apoplexia tactus
missa linguæ usu die octavo Assumptæ
in cœlum Dominiæ Nostræ 22 Aug. 1280
animam

Rayn. 1280.
n. 23. 24. &c.
ex Ptol. Linc
Bern. Guid.
Jord. MS.

animam subito efflavit Suriani prope Viterbium. Cadaver Romam delatum sepultumque fuit in sacello S. Nicolai parte templi S. Petri, quod pœne integrum reædificaverat, ornaveratque simulacris summorum Pontificum. Canonorum quoque numerum ac proventus auxerat ad incrementum divini servitii. Sed & prope templum S. Petri magnificum extruxit palatium, in quo curavit conclavia fieri pro cunctis ministris suis, præsertim pro Præfectis expiationum, qui eisdem cancellis inclusi erant. Spatiosum addidit hortum diversis arborum generibus confitum & valido cinctum muro turribus instructo.

æcul. XIII.
A.C. 1280.

Magna hic Papa consilia destinaverat animo. Cogitaverat cum Rege Rudolpho totum Imperium quatuor in regna dividere; Germanicum posteritati hujus Principis tribuere, Viennense in Delphinatu pro dote dare Clementiæ Rudolphi filię nuptiis junctæ Carolo Martello Siciliae Regis nepoti; reliqua duo inter Italos condere, in Lombardia alterum, alterum in Hetruria. Sed Papæ mors hæc proposita subvertit. Pontificatum *Papebr.* *conat.* gessit biennio ac novem mensibus. Post ejus obitum sacra Sedes semestri spatio vacavit.

Sæcul. XIII.
A.C. 1280

§. XLVII.

Synodus Pictaviensis.

Plures inter Fratres Minores, quos Papa Nicolaus creavit Episcopos, memoratur in Francia Gualterius Brugenſis Pictavorum Antistes. Hanc sedem an. 1271 vacuam reliquerat moriens Hugo Castro-Rodulphinus. Collegium duas fecit electiones, quæ per appellationem ad Romanam delatæ curiam diuturnam ibi litem genuere. Tandem electus uterque suum jus in manibus Papæ deposuit: qui hunc episcopatum Fratri Gualterio Brugenſi a patria sua id nomen adeptus contulit. Erat Theologiæ Doctor, & tunc Minister per Turoniam Provincialis, ex doctrina & virtute sua clarissimus. Hanc dignitatem accipere, quantum potuit, recusavit. Etiam Minister Generalis Bonagratius eum Ordini suo conservare studuit. Sed Papa commune Ecclesiæ bonum eorum precibus anteferens Gualterium sua sacravit manu, ut significat in epistola ad Regem Galliæ pro illo scripta an. 1279. Qui Ecclesiæ Pictaviensi sex & viginti annos præfuit.

Vading.
1279 n. 13.

Gall. Chr.
to. 3. p. 893.

to. II. conc.
p. 1139. c. 11.
c. 1.

Anno 1280 synodum celebravit, in qua quædam statuta edixit notatu digna. Interdicitur, ne ii, qui jurisdictionem habent,

bent, in schedulis vacuis sigillum imprimant. Nempe, quia plerique homines profani nesciebant scribere, chirographa non erant in usu, solumque Judicum sigillum actis auctoritatem dabat. Quocirca Judices per alium canonem vetantur pactioes Judæorum scænebres sigillo munire. Prohibetur, ne Decani ruris & Archipresbyteri variis in locis Judices seu Vicarios constituent. Nimirum multiplicati Judices multiplicabant sine fine lites ac vexationes. Mandamus, ait Episcopus, ut Abbates, Abbatissæ, Priores, cæterique cœnobiorum Præsides nobis proxime subjecti, Archipresbyteri, Decani, & Parochi nobis & ordinariis expiationum Præfectis, aut illis poenitentiae administris, quod ipsis speciatim designaverimus, sacras confessiones faciant. Hic constrictam cernimus libertatem eligendi arbitros conscientiae. Diaconi vendicabant sibi facultatem absolvendi poenitentes in tribunali sacro: id quod hic prorsus interdicitur, & damnatur tanquam alienæ potestatis usurpatio. Ecclesia dicebatur habere jus irrogandi Judæis poenas pecuniarias. Ad Judicem ecclesiasticum vocabantur suspecti de lepra, ut vel infecti aliqua declararentur, vel se de suspitione purgarent. Bissextum nuncupabatur quoddam jus episcopale.

Sæcul. XIII.
A.C. 1280.

c. 6.

c. 2.

c. 4.

c. 5.

c. 6.

c. 7.

c. 14.

§. XLVIII.

Histor. Eccles. Tom. XXII.

H

Sæcul. XIII.
A. C. 1280.

§. XLVIII.

Synodus Coloniensis.

to. II. conc.
p. 1107.

p. 1109. E.

p. 1114. A.

p. 1111. C.

p. 117. n. 8

118. n. 20.

Sifridus Westerburgius Archiepiscopus Coloniensis suam synodum provinciam a longo tempore interruptam etiam anno habens ibi decreta promulgavit, in quibus hæc singularia memoratu digna invenio. Etiamnum creditur licere in certis casibus plura eodem die sacra facere, præsertim pro mortuis. Baptismus fiebat immergendo aqua. Confirmatio non dabatur cum baptismo, sed septem aut plures annos natis. SS. Eucharistiam ad ægros portatam committantibus decem dierum indulgentiam conceditur. Prohibetur, ne foemina confessio in templo sine testibus audiat. Ne arcani Iudices sacrificia imperperant, pro quibus stipendia impererint poenitentibus; nec pactiones faciant, ut eos alter ad alterum cum stipendio mittant. Omnes Parocho suo saltem semel quolibet anno suas noxas confitebuntur; nec sine permisso ejus alii cuiquam, etiamsi Religiosus sit, confitebuntur. Conjugia clandestina strictè interdicuntur: & tali testes in causa matrimonii supra scalas patibuli exponentur. Sontes ad immunitatem ecclesiasticam profugi asservabuntur sedulo, ut examinentur.

nentur vel daturi pœnas, vel dimittendi
 pro ratione facinoris. Executores testa-
 mentorum rationem reddent coram vi-
 ris ab Archiepiscopo in quovis archidia-
 conatu constitutis. Interdicta ecclesia-
 stica accurate observabuntur. Hieroso-
 lymitani Equites Hospitalarii S. Joannis
 non abutentur suis privilegiis.

Sæcul. XIII.

A. C. 1280.

1120. n. 13.

1122. n. 17.

n. 18.

§. XLIX.

Alberti Magni obitus.

Archiepiscopus Sifridus hoc ipso anno
 interfuit exequiis Alberti Magni hu-
 jus celeberrimi Doctoris ex Ordine Præ-
 dicatorum. Is, postquam episcopatum Ra-
 tisbonensem annuente Papa Urbano IV
 abdicaverat, Coloniam profectus in tel-
 lula sua u. Religiosus privatus sua exer-
 citia ordinaria, inter alia lectiones publi-
 cas resumpsit. Anno 1274 a Papa Gre-
 gorio X ad concilium Lugdunense acci-
 tus, ibi Rudolphi Romanorum Regis ra-
 tionibus consuluit. Cum Coloniam re-
 diisset, quodam die publicæ lectioni suæ
 vacantem memoria derepente destituit.
 Quod tanquam instantis mortis suæ si-
 gnum accipiens, SS. Virginem id pluri-
 mos abhinc annos sibi prædixisse asseruit.
 Ergo discipulis suis valere iussis, omnem
 curam in sola sui præparatione ad mor-
 tem defixit, quotidie pro se ipso officium

Sup. l. 84.

§. 64.

Vita to. I.

oper. 63 op.

Bzov. 1280.

n. 8. 9.

H 2 vita

Sæcul. XIII.
A. C. 1280.

vita sanctorum in loco suæ sepulturæ recitans. Sancte obiit 15 Nov. 1280. Corpus Coloniae, intestina Ratisbonæ humata sunt. Funeri aderant cum Archiepiscopo Sifrido Canonicorum collegia, multi ex Ordine Nobilium, & ingens populaturba. Papa Gregorius XV Albertum an. 1622 Beatum declaravit.

Ejus scriptorum numerus est tantus, ut horum collectio unum ac viginti volumina in folio conficiat. Primum folios in logicam Aristotelis commentarios continet. Secundum, quintum, ac sextum complectuntur physicam; tertium metaphysicam, quartum doctrinam morum, & politiæ, omnia ad mentem Aristotelis. Dantur ibi quinque volumina commentationum in sacras litteras, unum sermonum; commentarii in excellentissimum S. Dionysium, & in Magistrum sententiarum; summa Theologiæ; & quædam aliæ dissertationes de pietate ac eruditione. Illis, qui hunc authorem legerunt accuratius, relinquo demonstrandum, quid eum Magni nomine dignum reddiderit. En modica, quæ mihi notavi! In tribus de physica voluminibus identidem citat Aristotelem & Arabes ejus interpretes. Hæret in confutandis physicis antiquis, quos Aristoteles impugnavit, & quorum scripta sunt perditæ, opiniones obliteratæ. Assumptum semper

semper quatuor elementa & totidem qualitates, calorem, frigus, siccitatemque ac humiditatem: & sæpe pro principiis ponit propositiones nec ex se ipsis manifestas, nec aliunde probatas. Loquens de coelo exiguam astronomiæ notitiam ostendit: pro re certa sumit vim siderum influentem in corpora inferiora: & de astrologia judiciaria veluti vera de scientia differit, nec illam vituperat; immo alibi politiæ jungit. Dum de meteoris meminit, exilem suam geographiæ cognitionem prodit: & alibi Byzantium haud ægrius quam Tarentum in Italia collocat. De fossilibus mentionem faciens, gemmis vires magneticis similes attribuit, experimentis, quæ non probat, innixus: & postea illarum virium causas indagat. Etymologias sæpe absurdas tradit, explicare cupiens vocabula linguæ græcæ, quam ignorat: id quod ei commune est cum plerisque illius ætatis Doctoribus.

Sæcul. XIII.
A.C. 1280.

to. 2. l. 2. de
calo tract. 3.
c. 5.
to. 4. p. 347.
Ibid. 4. p.
218. B.

§. L.

Seditio Viterbiensium.

Sedes Apostolica sex pæne mensibus vacabat ob discordiam Cardinalium Viterbii præsentium. Rex Siciliae Carolus eodem se contulit, ut primum de Nicolai III morte nuncium accepit pergratum

Ricord. Ma-
lesp. c. 207.
Rayn. 1281.
n. 1. 2.

H 3 tum

Sæcul. XIII. tum sibi: quippe hunc Papam semper
 A.C. 1280. contrarium sibi expertus volebat facere,
 ut faventior ipsi eligeretur. Cardinales
 abibant duas in factiones: Urfinorum
 ultimi Papæ cognatorum altera, altera
 Regis Caroli erat sub duce Richardo An-
 nibaldo, cujus familia Romæ plurimum
 poterat. Richardus Viterbii præfectu-
 ram Urso de Urfinis Papæ Nicolai nepo-
 ti ademerat. Idcirco duo hujus pro-
 sapie Cardinales Matthæus Ruber &
 Jordanus electionem Papæ impediabant,
 donec Urso dignitas sua esset reddita.
 At Richardus a Rege Carolo suffultus
 curavit Viterbii populum ad tumultum
 concitari: pulsatur æs campanum; ca-
 piuntur arma; curritur ad Episcopi pa-
 latium, quo Cardinales electionis causa
 convenerant. Viterbienses inter clamo-
 res magnos irruunt, duos Urfinos Cardi-
 nales Diaconos, Matthæum de S. Maria
 in Porticu, & Jordanum de S. Eustachio
 per vim abstrahunt, injuriis affectos cui-
 dam ejusdem palatii cubiculo includunt,
 hujus fenestras ac fores obstruunt, Car-
 dinales reliquos huic violentiæ obsisten-
 tes duriter repellunt. Jordano postea
 certis conditionibus dimisso, Matthæum
 diutissime detentum per aliquot dies pa-
 ne tantum & aqua aluere.

*Platina in
 Nicol.*

Martinus IV Papa.

Cæteri Cardinales tandem die Cathedrae S. Petri 22 Febr. 1281 Papam elegerunt Simonem Cardinalem Presbyterum de S. Cæcilia. Erat Gallus Montipincæi in agro Briensi natus. Sed diu Turonibus habitaverat, cum esset in Ecclesia S. Martini Canonicus & sacri Præfectus ærarii. Quamobrem Turonensis esse videbatur Italis. Cardinalis a Papa Urbano IV pariter Gallo mense Decembri an. 1261 creatus, bis, ut vidimus, in Francia egerat Legatum, primo Urbani IV, deinde Gregorii X. Suffragiis ita restitit, ut pallium ejus lacerarent pontificium obtrudentes. Denique cedens nomen Martini sumpsit in honorem Sancti, cui Turonibus servierat. Etsi vero secundus hoc nomine Papa fuerit, Martinus IV dicitur confusis probabiliter duobus Marinis cum Martinis. Cum Viterbium ob vim Cardinalibus illatam interdicto affectum esset, Urbem Veterem petiit, nondum adeundam sibi Romam judicans Annibaldorum Ursinorumque factionibus nimium turbatam.

Jordan. ap. Papebr. con-
nat.

Rayn. n. 8.

Rayn. n. 6.

Sæcul. XIII.
A. C. 1281.

§. LII.

Papa Senator Romæ.

Rayn. n. 14.
15.

Sed duos illuc Cardinales misit, Latinum Episcopum Ostiensem, & Godofridum Diaconum tit. S. Georgii ad Velum Aureum, qui ad restituendam Romæ pacem nihil videbant utilius, quam curare, ut ejus regimen Papæ ipsi sub Senatoris titulo deferretur. Igitur Papa retexit Nicolai antecessoris sui sanctionem, qua prohibebat, nequis dignitate præditus Romæ Senator fieret. Tum populus duos cives creavit Senatores, ut Papam hoc ad munus eligerent: id quod egerunt per litteras publicas his conceptas verbis.

Anno 1281 die lunæ 10 Martii, cum populus Romanus per sonitum æris campani ac præconis vocem, ut mos fert, ante palatium Capitolii congregatus esset, nobiles Domini Petrus de Comitibus, ac Gentilis de Ursinis Senatores electoresque a populo declarati Sanctissimo Patri nostro Martino IV, cujus sapientiam probitatemque spectatam, & charitatem in cives Romanos bono urbis statui provisuram sperabant, non ut Papæ sed ut viro nobili, Senatus ac territorii Romani præfecturam, quamdiu viveret, commiserunt. Accepit plenam potestatem

potestatem exercendi hoc regimen per se aut per alium, & instituendi Senatorem unum vel plures ad tempus & cum stipendio, quantum sibi placuerit. Poterit etiam statuere de proventibus urbi populoque Romano propriis, eorumque partem Senatori aliisque urbis ministris pro arbitrio suo tribuere. Poterit rebelles aut inobsequentes poenis ac modis, quos idoneos censuerit, coërcere. Hæc, quæ supra diximus, in nulla re vel diminuent, vel augebunt jus populi aut Ecclesiæ Romanæ ad eligendum Senatorem post Papæ Martini obitum: sed utraque pars suum jus servabit integrum. Deinde duo electores has litteras publice recitarunt populo, qui acceptas confirmavit.

Cum Summi Pontifices abhinc seculis minimum duobus pro temporalibus Romæ Dominis sese gesserint, miror Martinum IV huic electioni se submisisse. Nec enim legi fuisse unquam factum, ut Princeps summo jure imperans a subditis simplicem magistratum in sua urbe primaria susciperet. Cæterum assertam hoc loco Papæ nobilitatem negat Ricordanus Malepinus scriptor illius temporis: quo teste obscuris ortus parentibus, magnanimus tamen, & a suis suorumque commodis spectandis alienus fuit; germanumque suum sibi de corona pontificia

Secul. XII.
A.C. 1281.

c. 207.

H 5 tificia

Sæcul XIII.
A. C. 1281.

tificia coram gratulantem mox in Franciam cum munusculis remisit, bona, quibus frueretur, Ecclesiæ, non sua esse dicens. Ricordanus hoc anno 1281 suam finit historiam. Papa Martinus postea Senatoris Romani officium Carolo Sicilia Regi contulit. Interim se consecrari coronarique curavit Urbe Veteri 23 Martii quarta jejunii verni dominica. Sedit annos quatuor.

Launoi

Magd. p. 79. Paulo post, quam hunc ad gradum promotus fuerat, Ecclesiæ Senionensis S. Magdalensæ costam donavit, quam retinuerat, cum reliquiarum ejus translationi anno 1267 adesset: & in diplomate declarat, Sanctæ corpus esse Veselii.

80.
Sup. Lib. 85.
§. 54.

§. LIII.

Creatio Cardinalium.

Jordan. ap.
Papebr.
conat.

Eodem anno die sabbati sancti 12 Aprilis novem creavit Cardinales, nimirum tres Episcopos Gerardum Biancum Sabinensem, Hieronymum Aseulentem Prænestinum, ac Bernardum Languisselium Portuensem natione Gallum Archiepiscopum Arelatensem. Reliquorum sex Cardinalium unus Diaconus, quinque Presbyteri fuere, scilicet Hugo Niger Anglus, celeberrimus Medicus, qui accepit titulum S. Laurentii in Lucina; Gervasius Archidiaconus Parisiensis, qui titulum

titulum S. Martini obtinuit; Godefridus Sæcul. XIII.
 Barius Burgundus Decanus Ecclesiæ A. C. 1281.
 Parisinæ, cujus Canonicus jam anno
 1270 erat, cum eum Robertus Sorbonius Duhois hist.
 hæredem suum instituit: sed postquam Part. 2. p.
 pius hic Doctor an. 1274 vitam posuerat, 416. 417. 506
 Godefridus jam Decanus domui Sorbo-
 nicæ totam cessit hæreditatem. Papa
 Martinus Godefrido Bario titulum S. Su-
 sannæ dedit. Quem vero ipse, cum Car-
 dinalis esset, habuit, S. Cæciliæ titulum
 tribuit Joanni Choletto Canonico Bello- Id. p. 575.
 vacensi, magnæ pietatis viro, conditori
 Parisiensis collegij, quod ab eo nomen
 traxit. Quintus Cardinalis Presbyter
 fuit Contius Glusianus de Casata Medio-
 lanensis Archidiaconus, deinde sacri pa-
 latij Romani Auditor. Titulum S. Mar-
 cellini & S. Petri nactus est. Cardinalis
 Diaconus erat Benedictus Cajetanus A-
 nagniensis Pontificii Consilii Advocatus,
 & sacrae Sedis Archigrammateus seu Pro-
 tonotarius; ut vocant. Consecutus est
 titulum S. Nicolai in carcere: ac postea
 evasit Papa sub nomine Bonifacii VIII.

§. LIV.

Palæologus a Papa proscriptus.

Imperator Michael Palæologus Bursiæ
 in Bithynia agebat, cum Martinum es-
 se Papam audiens, Metropolitans Leonem
 Hera-

Sæcul. XIII. Heracleensem ac Theophanem Nicaenum
A.C. 1281. ad illum misit. Sed non ita excepti
Pach. 1. 6. sunt, ut speraverant. Papa enim & Car-
c. 30. dinales sciebant, quid apud Græcos fie-
 ret, sentiebantque (quod verum erat) re-
 conciliationem esse meram fraudem, ac
 Imperatorem, Patriarcham, & quosdam
 eis addictos si demerent, omnes damna-
 re pacem, præsertim ob insolitas violentias,
 quas Imperator ad eam firmandam
 adhibuisset. Itaque Legatis Græcis con-
 temptim habitis non nisi sero ac ægerri-
 me sui copiam fecit Papa, & Palæolo-
 gum proscripsit tanquam deceptorem, qui
 non egisset candide, sed vi usus esset.

Rayn. n. 25. Anathema pronunciatum fuit Urbe
Bullar. Veteri in platea templi primarii die de-
Mart. IV. dicatæ S. Petri basilicæ Romanæ 18 No-
const. 1. vembris 1281; & his erat conceptum
 verbis: Denunciamus ab Ecclesiæ cor-
 pore sejunctum Michaëlem Palæologum,
 qui Græcorum Imperator dicitur, tan-
 quam fautorem antiqui eorum schisma-
 tis ac hæreseos: & stricte prohibemus,
 nequis Regum, Principumve, aut Opti-
 matum, nequis alius, cujuscunque sit sta-
 tus, nequa civitas vel congregatio cum
 illo, quamdiu proscriptus manserit, ul-
 lam societatem aut foedus ineat, vel in
 rebus, ob quas execratione devinctus
 est, opem illi, aut consilium afferat: alio-
 qui in anathema ipso facto incidet, ac
 inter-

interdictum, aliasque subibit poenas, quas fumendas duxerimus.

Sæcul. XIII.

A. C. 1281.

Regis Caroli sollicitatio fecit, ut hanc Papa sententiam contra Palæologum ferret, cujus Legatos remisit consueta honoribus neququam affectos. Metropoli Heracleensis in hoc itinere vitæ cursum confecit: & Nicænus redux legationis eventum Imperatori exposuit tam graviter stomachanti, ut, cum Diaconus in sacro Papam de more nominaturus esset, ipse præfens id prohiberet, dicens, egregium se fructum cepisse ex pace cum Latinis juncta, quia post bellum eorum causa propinquis suis illatum habendæ gratiæ loco etiam proscripius fuerit. Tum suam cum Latinis pactionem rescindere volebat: fecissetque, nisi considerasset, se hanc ob rem tulisse multa, nec nisi difficulter eam promovisse; atque si datam violans fidem illico pacem rumperet, venturum forsitan tempus eam quærendi, nec impetrandi modum amplius superfore. Cogitabat præterea Ecclesiæ faciem mutatum iri, si Josephus patriarchalem iterum sedem conscenderet: nihil esse, quod ab isto pacificæ indolis Præsule sibi metuat: sed non defuturos homines, qui eum ad motus adigant. Hanc Imperatoris suspensionem confirmavit illud, quod nuperrime acciderat.

Rayn. n. 26.

Pach. c. 31.

Nam

Sæcul. XIII.

A.C. 1281.

c. 31.

Nam Patriarcha Josephus sibi mortem imminere ratus testamentum condidit, in quo Imperatorem non nominare eique non precari bene non poterat. Moris autem erat, ut Imperator diceretur sanctus ob sacram inunctionem: & hanc Josephus titulum Palæologo in testamento suo haud dederat, quod tamen ad eum misit. Imperator incensus in Patriarchæ Vecco, Præfecto Constantinopolis, & Patriarchæ Antiocheno scripsit, ut ex Josepho quærerent causam rei; an ipsum de dignitate imperatoris dejicere vellet, & sanctitatis titulo indignum judicaret. Josephus culpa in monachos, qui circa ipsum essent, conjecta, aliud testamenti sui apographum exhibuit alteri simillimum, nisi quod sanctitatis nomen contineret. Igitur se prima ita scripsisse asseruit; sed iis, qui ipsum stiparent, hinc offensionem accipientibus se aliud fecisse apographum; idque in manus Imperatoris venisse: adeo hic bonus Præsul cum omnibus pacem colebat. Quapropter Imperator illis, qui eum obsidebant, diffidens volebat robore factam sibi exprobrationem, quod sua cum Latinis reconciliatio nec seria nec vera esset. Ergo res, ut tunc erant, reliquit, ad posteras se conformaturus.

§. LV.

Sæcul XIII.

A. C. 1281.

Joannis Procedani conjuratio.

Interim inierat societatem conspirationis contra Carolum Siculorum Regem conflatæ. Hic Princeps per regiminis sui duritiam ferociamque Gallorum novis subditis odiosum se reddiderat, ita, ut multi viri ipectabiles Apuliam Sicilianque relinquerent. In horum numero erat Joannes Procedæ seu Prochydæ parvæ prope Neapolim insulæ Dominus: qui an. 1279 occulte Constantinopolim profectus Imperatori Michaëli significavit, eum in magno versari periculo, quia Rex Carolus classem validam armasset rogante Philippo genero suo Constanti- nopolis Imperatore sic dicto, quem illic instituere, terramque dein sacram petere cogitaret, pro filio suo Carolo Salerni Principe regnum Hierosolymitanum occupaturas, cujus jura ei comparasset. Quocirca Joannes Procedanus Imperatori Michaëli exposuit potentiam Regis Caroli, cui Franciæ Rex nepos suus ac Veneti auxilium ferrent, & Papa pecunias mitteret. Adjunxit: Si meum sequi consilium vis, hanc molitionem subvertere potes. Siciliam in Carolum concitabo ope Procerum regionis Regisque Arragonum ad hoc regnum sibi jus asserentis

Ric. Malesp.
c. 206.

Sæcul. XIII. rentis ob conjugem suam Constantiam
 A.C. 1281. Manfredi filiam ac hæredem.

Imperator Michaël cognitas habens vires Regis Caroli, & suppetias contra eum desperans, audito hoc consilio Joanni Procedano epistolas, quales volebat, tradidit, suosque cum eo Legatos misit ad quosdam Siciliæ Proceres. Hi Joanni præbebant litteras ad Regem Arragoniæ, quibus orabant, ut ipsos e servitute eximeret, seque illum agnituros Dominum promittebant. Tum Joannes personatus sub specie Fratris Minoris in aulam Romanam venit; Papæque Nicolao suum cum Palæologo pactum aperuit, cujus nomine illi etiam pecuniam dedisse dicitur. Papa Regi Carolo aliunde infensus, Joanni porrexit litteras ad Regem Arragoniæ, per quas ei Siciliam spondebat, si hanc ille sibi subjiceret. Ergo Joannes an. 1280 in Cataloniam delatus Petrum Arragonum Regem adiit, qui lectis Papæ, Baronum Siciliæ, ac Palæologi litteris molimen clam suscepit. Sed Papæ Nicolai mors, & Martini IV successio illum ad mutandum consilium prope adegerunt, ita ut vehementer fluctuaret animo: cum Joannes Procedanus anno 1281 cum Palæologi Legatis reversus in Cataloniam, illi ad armandam classem tricies mille uncias auri,

NOVAS

Sup. lib. 87.
 §. 16.

Ricord.
 c. 208.

novasque Baronum Siciliae sponfiones attulit. Sæcul. XIII.
A. C. 1281.

Tandem Rex Arragoniæ Joanni urgenti cessit, bellicam expeditionem jurans. Præparavit navales copias suas, & rumorem sparsit, se in Saracenos iturum. Rex Franciæ Philippus, qui primis nuptiis ejus sororem sibi junxerat, per nuncium ex eo quæsit, quam Saracenorum regionem vellet invadere; auxiliaremque illi militem ac pecuniam obtulit. At Petrus detegere suum volebat propositum, nec omittebat quadragies mille libras Turonicas ab eo poscere. Misit has illico Philippus: diffidens tamen illi, Regem Carolum suum patrum monuit, ut sibi caveret. Qui mox ad Papam Martinum se recepit, & comperita retulit. Papa interrogari Regem Arragonum, quam Saracenorum regionem aggredi cogitaret, per suum nuncium Jacobum Ordinis Prædicatorum jussit, affirmans Ecclesiam tale molimen debere nosse, & adjuvare cupere: addiditque expressam inhibitionem, ne ille in Principem Christianum moveret. Petrus magnas Papæ gratias pro suppetiis oblatiis habens, ad nuncium, Non possum, ajebat, modo dicere, quo tendam: atque si mea manus manui alteri hoc indicaret, eam abscinderem. Quæ verba ad Regem

Regem
1

Hist. Ecclesiast. Tom. XXII.

Sæcul. XIII. Regem Carolum & Papa Martinum de
A. C. 1281. lata utrumque gravissime offenderunt.

Ducange
hist. C. P.
p. 198. Rex Carolus interea ter mille arma-
tos ad Caninam Epiri urbem, quæ sita
erat, exscendere voluit, unde Bellegar-
diam ejusdem provinciæ locum obses-

* *Rouffeu* sum ibant duce nobili Gallo, qui * Rufus
Gregor. 1. 5. Solliacensis vocabatur. Imperator Mi-
c. 6. chaël Andronicum Tarchanioten domus

Boivin. note suæ Præfectum eo subsidium jussit duce-
1. p. 753. re, suisque copiis coeli favorem impe-

Pachym. 1. 6. trandi causa quandam ceremoniam im-
c. 32. peravit, quæ hunc in modum fiebat. Pa-

c. 33. triarcha, Episcopi, Clerusque universi
noctem unam precando transigebant
mane Patriarcha ac sex præcipuis ex E-
piscopis amicti ornamentis suis sacrabant
oleum: isto tingebant chartarum
scæces: quorum copia satis magna ad ex-
ercitum mittebatur distribuenda inter
milites, ita, ut super se quisque talis
pyri frustum gestarent in hostem euntes
Loco auxilium profuit: & Imperator Mi-
chaël grandem propterea Constantino-
poli triumphum egit.

§. LVI.

Concilium Lamethanum.

10. 11. conc.
p. 1056. Hoc anno 1281 Joannes Pecamus
archiepiscopus Cantuariensis Lan-
thæ ad Tamesim paulo supra Londinum

celebravit concilium, in quo renovabat
 decreta postremi concilii Lugdunensis pa-
 rum observata in Anglia, sanctiones
 Legati Ottoboni anno 1268 in concilio
 Londinensi factas, & constitutiones con-
 cilio Lamethani per Archiepiscopum Bo-
 nifacium habiti: quibus Joannes Peca-
 mus addidit, quæ necessaria reputabat.
 Præscriptiones suas orditur a doctrina
 Sacramentorum, jubetque tunc, cum Sa-
 cerdos cœlestem extollit hostiam, æs
 campanum pulsari, ut ii, qui quotidie sa-
 cro interesse nequeunt, in agris vel do-
 mibus suis genua submittant, noxarum
 veniam pluribus ab Episcopis concessam
 adepturi. Sacerdotes, dum sacram
 communionem præbent, doceant in calice
 vinum tantummodo porrectum iri ad
 glutendum facilius Christi corpus. Nam
 minoribus in templis soli sacrificanti pre-
 tiosum sanguinem sumere licet. Igitur
 communio sub utraque specie nondum
 plane inusitata erat. Nemo catholico-
 rum credat unicum sacrum pro mille
 hominibus religiose confectum per inten-
 tionem eis æque prodesse ac mille sa-
 crificia peracta pari cum pietate. Hic
 baptismi forma proponitur sermone An-
 glico Gallicoque, quia utroque uteban-
 tur Angli: ac præcipitur, ut in dubio
 baptisma sub conditione fiat. Ad sa-
 cram communionem admittatur nemo,
 I 2 qui

Sæcul. XIII.
A. C. 1281.

Sup.

c. 1.

c. 2.

c. 3.

c. 4.

Sæcul. XIII. qui sacro chrismate confirmatus non
 A.C. 1281. fuerit.

- c. 5. Non conferantur simul quinque Ordines, scilicet minores quatuor cum majore. Consecrandi lingua vernacula edoceantur de facultate ac functionibus Ordinum. Privilegiis affecti non audiant confessiones sine permisso Episcopi; saltem nisi eos suum privilegium jurisdictione illius aperte eximat.
- c. 7. In atrociam & pessimi exempli crimina poena solennis secundum canones statuatur. Observetur antiqua sanctio, ut in quolibet decanatu detur Sacerdos quidam destinatus ad operam dandam confitentibus Parochis, Vicariis, aliisque Presbyteris ac Ecclesiæ ministris, qui tamen non impediatur, quo minus doceant alios communes administratos poenitentiae. Quivis Parochus quotannis quater populo lingua patria exponat quatuordecim doctrinæ Christianæ capita seu articulos fidei, decem præcepta decalogi, duo Evangelii præcepta de charitate, septem opera misericordiae, septem peccata capitalia, septem virtutes præcipuas ac totidem Sacramenta. Hæc fere sunt, quæ noster catechismus complectitur.
- c. 9. Sunt ibi quædam præscripta contra fraudes odiosas, qualis est, si quis per falsam procuracionem fingit a se defendi posses-

possessorem beneficii absentem, facitque, **Sæcul. XIII.**
 ut is hoc inscius amittat. **Sacræ Deo A. C. 1281.**

Virgines ne apud parentes quidem suos **c. 18.**

plus triduo relaxandi animi causa, nec
 diutius sex diebus ob negotium extra **c. 19.**

monasterium commorentur. Declaran-
 tur professæ suum Ordinem, postquam

anno amplius in cœnobio sponte man- **c. 25.**

ferint. Idem de monachis cæterisque
 Religiosis dicitur. Damnatur denuo
 plurium beneficiorum possessio, præsertim
 sine gratia legis facta; error in Anglia
 communissimus. Hæ constitutiones da-
 bantur die Veneris 10 Octobris an. 1281,
 quæ dies concilii postrema fuit.

Modico post tempore Archiepiscopus **p. 1171.**

ad Regem Eduardum scripsit epistolam,
 cujus hæc erat summa. Deus nos ju-
 bet honorem habere Regibus. At cum
 oporteat obedire Deo magis quam homi-
 nibus, nulla sanctio humana nos potest
 adstringere ad violendas leges, quas au-
 thoritas divina statuit. Est autem in
 Anglia longo a tempore Reges & Proce-
 res inter ac Episcopos Clerumque triftis
 discordia propter oppressionem, quam
 Ecclesia patitur. Quare Majestati tuæ
 supplicamus, ut illam tollat denique: id
 quod facere nequit nisi se submittendo
 tribus legum generibus, in quibus con-
 sistit suprema authoritas, scilicet decretis
 Summorum Pontificum, præscriptis Con-
 ciliarum,

Sæcul. XIII. *Æ*liorum, ac decisionibus Patrum: his enim tribus e fontibus ducti sunt canones. Satis apparet Archiepiscopum ibi Gratiani collectionem intelligere, & quod consequitur, falsas decretales comprehendere decretis Summorum Pontificum, quorum auctoritatem primo in loco ponit.

Pergit: Deus decretis Summorum Pontificum auctoritatem dedit dicens *Matth. 16. 19* ad Petrum: *Quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum & in caelis;* ac per *Deut. 17. 12* os Moysis: *Qui superbia erit nolens obedire Sacerdotis imperio, morietur.* Hac obedientia non eximitur Rex: quia deus de dicitur: *Postquam fuderit in solio regni sui, describet sibi deuteronomium Regis hujus in volumine, accipiens exemplar a Sacerdotibus Leviticæ tribus, & habebit secum, legetque illud omnibus diebus vite sue, ut discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba & ceremonias ejus, quæ in lege præcepta sunt.* Ergo Rex ipse supremo Pontifici obedientiam debet. Erudito lectori relinquo iudicium de robore harum probationum, quod attinet ad temporalia. Litteræ continentur: Inimicus Ecclesiæ dicet fortitan Papæ non esse, ut Principi profana harum legum horumve canonum iugum imponat. Sed nos contrarium tuemur cum Ecclesia universa Sanctisque omnibus

bus & doctis in orbe viris. Tum author ^{Sæcul. XIII.}
 priorem Deuteronomii locum repetit, qua- ^{A C. 1281.}
 si hoc, quod hic dicitur de Judice Israë- ^{c. 17. v. 12.}
 lis, non nisi Papæ applicari posset. Post-
 hæc adducit auctoritatem Imperatoris
 Constantini, nempe probabiliter legem
 ei adscriptam, cujus alibi mentionem
 feci: affert exemplum veterum Angliæ ^{Sup. lib. 46.}
 Regum, & causam S. Thomæ Cantua- ^{§ 8.}
 riensis: finitque adhortando Regem ad ^{Sup. §. 9.}
 conservandas Ecclesiæ immunitates, pre-
 candoque Deum, ut illi mala suggeren-
 tes consilia temporalibus pœnis afficiat,
 ut salvæ sint eorum animæ. Dabat 2
 Nov. 1281.

§. LVII.

Concilium Salisburgense.

Eodem anno Fridericus Archiepiscopus ^{to. II. Conc.}
 Salisburgensis ac Sedis apostolicæ ^{p. 1151.}
 Legatus concilium provinciale habuit
 cum septem Suffraganeis suis, nimirum
 Episcopis Frisingensi, Ratisbonensi, Pas-
 savienti, Brixinensi, Chiemensi, Secovien-
 si, & Lavantino: fecitque decretum se-
 ptendecim puncta continens, quorum
 pleraque ad varios Regularium errores
 coercendos spectabant. Multi Antisti- ^{c. 1.}
 tes bona cœnobiolorum vendebant, vel ad
 longum tempus elocabant sine permisso
 Episcopi, & absque consensu congrega-
 tionis;

Sæcul XIII.
A. C. 1281.

c. 2.

c. 3.

c. 4.

c. 5.

c. 6.

c. 7.

c. 9.

Chr. Salisb.
an. 1281.

tionis; nec proventuum rationem reddebant. Monachi non observabant jejunia per regulam S. Benedicti præcepta: privatos rerum dominos agebant, seu proprietarios, ut vocant: nec gestabant vestem suam. Multi huc illuc vagabantur; & Præsules nolebant eos recipere. Non celebrabant conventus tertio quoque anno secundum sanctionem Papæ Gregorii IX. Quædam Virgines Dæ sacræ in privatis cubiculis suis capiebant cibum: & Abbatissæ non comedebant in coenaculo, nec in dormitorio cubabant. Præsules, seu præfecti cœnobii quarundam dicecesium, præsertim Passaviensis, non comparebant hoc in concilio. Quapropter Archiepiscopus eos a functionibus muneris ad tempus abstinere jussurus erat. Sed rogantibus Suffraganeis ac de consilio collegii sui executionem sententiæ suæ omisit.

§. LVIII.

*Henricus Bremius Archiepiscopus
Gnesnensis.*

Sup.
Bulla to. 2.
Vading.
regist. p. 153.
Id an. 1281.
n. 7.

Metropolitana sedes Gnesnensis in Polonia vacabat etiamnum a morte Fratris Martini Poloni. Legatus Philippus Firmiensis ob commissum sibi a Nicolao III negotium Vostliberium Canonicum, quem Collegæ sui Archiepiscopum coopta-

cooptaverant, ad Papam vocavit, electionis formam virique merita examinandi causa. Sed Vostliberius suum jus in manibus Legati deposuit, probabiliter propter oppositionem Ducis Lesconis Nigri. Tum Papa Martinus ad cellam hanc sedem evexit quendam Fratrem Minorem nomine Henricum Bremium genere, doctrina, & virtute conspicuum, quem credebatur parem huic Ecclesie non solum in spiritualibus bene gubernandae, verum etiam in temporalibus fortiter tuendae contra direptiones, quibus esset exposita. Id apparet ex diplomate, quod dabit 23 Dec. 1281.

Sæcul. XIII.
A.C. 1281.

§. LIX.

Concilium Parisiense.

Eodem mense Decembri Franciæ Præfules Parisios congregati post longam deliberationem cunctis e scholis omnines omnium facultatum Doctores primaque donatos laurea, & Academicos universos evocari præconis voce jussurunt rogarique, ut venirent auditum ea, quæ sibi proponerentur. Convenere igitur in aulam Episcopi Parisini die sexta mensis S. Nicolao sacra, quæ erat sabbatum: id quod indicat hunc annum 1281. Illic aderant Archiepiscopi quatuor, Episcopi viginti, Doctores omnes, Acade-

Duboulay
to. 3. p. 465.

Sæcul. XIII.
A.C. 1281.

mici magno numero, ac præcipui cujusque Ordinis Regulares. Bituricensis Archiepiscopus Simon Bellolocensis erexit se, ac de charitate sermonem habuit in quo querebatur eam corrumpi per Fratres Majores Minoresque, qui ductum gregis Episcopis commissum inique sibi arrogarent. Per hos Fratres Majores intelligo Dominicanos, qui sic nominati poterant opponique Franciscanis. Archiepiscopus membra Universitatis alloquens ita pergebat: Curavimus a Rege ipso aliisque Dominis orari monachos, ut cessarent nostras functiones agere. Non tamen omisere; sed in cunctis diocesisibus de rebus divinis verba facere, & confitentibus aures dare nostris ingratis pergunt, hæc sibi per Paparum privilegia esse licita causantes. Quare ad vos convertimur, scripto habentes a cunctis regni Episcopis potestatem vobis hanc Fratrum insolentiam conquerendi. Vos enim eritis, quod nos sumus: nec oportet esse inter nos hodie Præsulem, quin ex hac Universitate eductus fuerit. Hos Fratres rogavimus etiam, ut privilegia sua clarius explicanda sacram ad Sedem mitterent: at recusarunt. Proinde ut videatis, quid contineant, vobis recitanda curabimus.

e. Omnis.
utr. de pæn.
& rem.

Tum lecta sunt Religiosorum Mendicantium privilegia, & quarti concilii Laterana-

teranensis de confessione annua decre- Sæcul. XIII.
 tum, cui contraria esse hæc privilegia A.C. 1281.
 dicebantur. Exinde Guilielmus Mati-
 scensis Episcopus Ambianensis surrexit,
 ac per authoritatem Juris probabat, hæc
 privilegia nihil derogasse decreto Conci-
 lii, nec licere Fratibus poenitentiam ad-
 ministrare sine singulari Episcoporum Pa-
 rochorumque permissu: finitque instar
 Archiepiscopi postulando, ut Universitas
 ab ipsis stare. Fratres tunc quidem
 nihil movebant contra.

Sed postera die dominica 7 Dec.
 quidam ex Ordine Minorum apud Fra-
 tres Prædicatores orationem dixit, cujus
 post finem hac de re loquens, Si vellemus,
 ajebat, possemus privilegiis nostris libe-
 rius uti. Cum ea obtineremus, Epis-
 copus Ambianensis erat præsens, ac pro
 viribus se opponebat: immo cuncti Præ-
 sules in Romanam curiam miserunt, qui
 rem subverterent: sed operam ludebant.
 Cum enim Papæ fratres nostri expo-
 sissent, quomodo uterentur suis privi-
 legiis, se contentum esse respondit. Mo-
 do Præsules volunt, ut insuper privi-
 legia nostra remittamus ad Romanam
 curiam quasi ea denuo impetraturi:
 quod ageremus stolide, quia Papæ illa
 retexendi occasionem præberemus.

Proxima die lunæ octava mensis,
 qua Fratres Minores Conceptionem
 SS. Vir-

Sæcul. XIII.
A.C. 1281.

SS. Virginis celebrabant, quidam ex
Ordine Prædicatorum apud eos oratio-
nem habuit, ac eadem ratione conclusit.
In vigilia S. Thomæ vigesimo ejusdem
mensis Præfules iterum per scholas edi-
ci curarunt, ut omnes sequente die do-
minica apud Cistercienses hora sermanis
comparerent. Quidam Theologiæ Do-
ctor e suggestu dixit contra illos, qui
Præfulibus obsequi renuerent. Posthæc
Episcopus Ambianensis verba fecit con-
tra Fratres Mendicantes tanquam simu-
latores pietatis, duplices animo, & in-
justos; addiditque: Aiebant me coram
adfuisse, cum privilegia obtinerent sua.
Verum est: ac re comperta Papam adii:
reclamavi, oravique, ut ea retractaret.
Sed altero die Papa difficilia ad ne-
gotia in remotam me regionem misit,
ita, ut oppositio mea tunc nihil effi-
ceret. Deinde procuratores nostros ad
Romanam curiam eodem fine misimus.
Fratres perhibent eos nihil promovisse.
Sed falsum est: procuratores nostri re-
tulerunt ad nos epistolas præcipuorum
hujus curiæ, testantium Papam pro-
misisse, hæc privilegia vel revocatum
prorsus, vel clarius explicatum iri: spe-
ramusque nos hac de re diploma bre-
vi esse accepturos. Frater Ægidius
Romanus ex Ordine S. Augustini pro-
maximo Doctore Parisiensi habitus per
oratio-

orationem postea affirmavit causam Episcoporum multo meliorem esse.

æcul. XIII.
A C. 1282.

Invenimus reapse Papæ Martini litteras initio anni sequentis datas, per quas confirmat Fratribus Minoribus potestatem concionandi, audiendique confessiones sacras; sed hanc subjungit clausulam notatu dignam: Volumus, ut ii, qui confitebuntur his Fratribus, quotannis saltem semel suis confiteri Parochis teneantur secundum sanctionem Concilii; & ut Fratres ad hoc eos solícite ac efficaciter exhortentur. Dabat 10 Jan. 1282.

to. II. conc.
p. 1144.

§. LX.

Decimæ subtractæ.

Postquam Rex Siciliæ Carolus Martino IV indicaverat se crucem induisse ad ferendas terræ sacræ suppetias, Papa expeditionem promoturus illi decimas omnium proventuum ecclesiasticorum Sardinia ac Hungariae, si Rex Ladislaus consentiret, ad sexennium concessit ea lege, ut intra tempus, quod sacra Sedes præstitueret, vel Rex Carolus ipse, vel filius ejus natu major Carolus Salerni Princeps cum idoneo militum numero Palæstinam peteret. Volumus autem, addebat Papa, illum, cui decimæ delatæ fuerint, per sufficientes cautiones

Rayn. 1282.
n. 5.

Sæcul. XIII.
A. C. 1282.

nes Ecclesiæ dandas curare, ut, si propter obitum aliudve impedimentum exequi votum nequeat, decima ad Ecclesiam Romanam redeat in Palæstinæ bonum convertenda. Cæterum nos aut curiam nostram obligare nolumus, si forte decimas ob casum aliquem non accipiat: & reservamus nobis facultatem statuendi de illis aliud, si hoc esse opus viderimus, antequam vobis tradantur. Hoc diploma datum est 18 Martii an. 1282.

to. II. conc.
p. 957.

Sup. Lib. 86.
S. 50.

Hæ decimæ ad sexennium Lugduni, an. 1274, cum ibi secundum ageretur concilium, decretæ fuerant, non in sessionibus publicis, sed in colloquiis privatis, quæ Papa Gregorius X cum Archiepiscopis habuerat. Et vero magnæ difficultates occurrebant in colligenda hac decima. Archiepiscopus Magdeburgensis provinciale concilium celebravit, in quo prohibuit, ne illa solveretur. Conradus Episcopus Osnabrugensis, & quidam alii eam in suos usus derivarunt. Alii, ut Siffridus Archiepiscopus Coloniensis, eam partem subduxere. Quidam Princeps, velut Rex Norvegiæ, vetuerunt, ne pecunia extra terras suas aveheretur. Denique summa illa, quæ percepta erat, brevi alium in usum, quam in emolumentum terræ sacræ impensa fuit.

S. LXI.

§. LXI.

Sæcul XIII.

A.C. 1282.

Vesperæ Siculæ.

Nam exeunte Martio erupit conspiratio Siciliæ in Regem Carolum secundum consilia Joannis Procedani. Cuncti Proceres ducesque conjurationis Panormum venerant, ibi Pascha celebraturi hoc anno 1282 incidens in vigesimum nonum Martii. Die lunæ trigesimo mensis Panormi cives, viri ac foeminae, Montem Regalem ter mille passibus ab urbe distantem alii pedibus, equis alii petebant, ut hilariorum, quæ illic agebantur, participes fierent. Galli ac regius urbis Præfectus oblectationis causa, ut alii, eundem adibant locum. Unde contigit, ut quidam Gallus in foeminam manus injiceret, ei vim illaturus. Exclamanti succurrit populus in Gallos jam concitatus a domesticis Siculorum Procerum. Hinc nascitur pugna ingens: Siculi ad arma volant vociferantes: Perirent Galli! regius Judex captus occiditur: quotquot in urbe sunt Galli necantur in domibus ac templis sine misericordia: immo prægnantium mulierum uterus perfoditur ut earum fructus interiret. Post hanc stragem Proceres relicta Panormo similes in suis quisque terris edebant, ita, ut per totam Siciliam macta-

Jacch. Mart.
le/p.c.209.Jordan.
vita Mart.

Sæcul. XIII.

A.C. 1282.

Malersp.

c. 210.

to. 11. Conc.

p. 1146.

Rayn. n. 13.

maſtarentur Galli. Hanc interneſionem
vocat Vesperas Siculas: & quidam au-
thores perhibent æris campani pulſum
ad vesp̄as deſtinatum pro ſigno fuiſſe.

Rex Carolus accepto cladiſ nuncio
Papam Martinum & Cardinales adiit, o-
pemque petiit ac conſilium. Monebant,
ut mox conaretur Siciliam ſeu clemen-
tia ſeu per vim recuperare, ei omne ge-
nus auxilii ſacri profanique tanquam
Eccleſiæ filio ac pugili ſpondentes.
Tum Papa Siculos ad officium redu-
cturus diploma edidit, in quo res Sici-
liæ a tempore Papæ Innocentii IV ac Im-
peratoris Friderici in Lugdunenſi concilio
exauthorati repetit. Deinde ad Con-
radum, Manfredum, Conradinum, ac de-
nique ad ultimam Siciliæ ſeditionem
venit, & ita pergit: Quapropter cum Si-
cilia ad Romanam ſpectet Eccleſiam, u-
niverſos cujuſcunque ſtatus homines ve-
hementer hortamur, ne poſſidentem hoc
regnum Eccleſiam vel Regem Carolum
ab hac id habentem moleſtia afficiant,
invadant, vel obturbent. Præterea in-
terdicimus cunctis Chriſtianis, præſertim
Proceribus & ſocietatibus urbium, ne Si-
ciliam adoriri volentibus ullam ferant
ſubſidium: alioqui perſonas execratione
devinctas, urbes divinis interdictas jam
nunc declaramus. Episcopos, Abbates,
alioſque Præpoſitos, ſi contra hoc moni-
tum

tum deliquerint, omni dignitate ecclesia-
 stica exuemus: Clericos cæteros bene-
 ficiis suis privabimus: Laicis adimemus
 beneficiaria, quæ ab Ecclesia nacti sunt,
 prædia: illis subditos absolvemus a ju-
 ramento fidelitatis: illorumque bona &
 ipsos aggressuro cuilibet exponemus.
 Hæc omnia omnes homines sacros &
 profanos scire volumus. Demum Papa
 Panormitanos & alios rebelles ad obe-
 dientiam Regi Carolo præstandam pro-
 tinus redire jubet. Hæc litteræ Viterbii
 promulgatæ sunt in platea templi pri-
 marii coram magna populi multitudine
 die ascendenti in coelum Domino sacra
 7 Maji an. 1282.

Sæcul XIII.
 A. C. 1282.

Eodem die ac loco Papa iteravit sen-
 tentiam anathematis contra Imperato-
 rem Michaëlem Palæologum pronuncia-
 tam 18 Nov. 1281: vetuitque, nequis
 Princeps, nequa societas foedus cum
 eo ficiat, vel ei suppeditet arma, equos,
 naves, aliave instrumenta belli. Post
 aliquod tempus Panormitani & alii qui-
 dam Siculi peccasse se agnoscentes, com-
 pertis Caroli contra se apparatus, ad
 Papam miserunt Religiosos, qui miseri-
 cordiam implorarent ter dicendo *Agnus
 Dei & cætera*, sed nihil aliud. Papa
 latine reposuit hæc sola Evangelii ver-
 ba: Dicebant: *Ave Rex Judæorum!* *Joan. 19. 3.*
& dabant ei alapas. Ita nuncii abie-
 Hist. Eccles. Tom. XXII. K re

Malisp.
 c. 210.

Secul. XIII. re minime contenti. Postea Panormus
A.C. 1282. ad Papam misit apologiam, in qua a-

Malefp.
c. 212.

jebat: Scis nos illico post cædem vexillum S. Petri extollentes sanctæ Ecclesiæ Romanæ præsidium invocasse. Sed quia nos gratia S. Petri tuaque indignos judicasti, ille, qui magnos parvosque curæ habet, alium nobis Petrum auxilio misit, quem non sperabamus. Intelligebant Regem Arragonum, qui cum Africæ oram versus in speciem navigasset, ac quendam locum obsedisset de Sicilia nuncios expectans, ineunte Augusto ad Drepanum appulsus, inde Panormum transferat.

§. LXII.

*Gerardus Cardinalis Papæ Legatus
 in Sicilia.*

Regn. n. 20.

Interim Papa in Siciliam Legatum misit tentaturum pacem & populos ad hanc dem erga Regem Carolum reducere. Hoc negotium 5 Junii an. 1282 commisit Gerardo Bianco Parmensi Cardinali Episcopo Sabinensi. Legatus se contulit ad Regem Carolum, qui classem adoriendæ Constantinopoli destinatam contra Siciliam vertens Messanam oppugnabat. Incolæ territi ad eum Legatumque mittebant, qui per amorem Dei orarent, ut Rex ipsis parceret, ac veniam daret.

Malefp.
c. 211.

daret: nam tumultus contagione se con-
 taminaverant. Sed Carolus resistendo
 impares ratus eos repulit, & tanquam
 perfidos in se ac Ecclesiam ad mortem
 provocavit pro stylo temporis illius. Illi
 Legatum denuo rogandum curabant, ut
 Messanam veniret ipsos in Regis gratiam
 reducturus. Ergo ingressus urbem illis
 Papæ epistolam exhibebat ad omnes Si-
 culos scriptam, in qua eos appellabat
 perfidos & crudeles, jubebatque lectis
 litteris mox Regi Carolo regionem red-
 dere; alioquin eos a se denunciari de-
 vinctos anathemate ac divinis interdi-
 ctos. Legatus mandabat, ut hac in
 re satisfacerent, idque suo nomine sua-
 debat. Messanenses deditioem offere-
 bant his conditionibus: Rex nobis igno-
 scat cuncta præterita; contentus sit iis,
 quæ nostri majores Regi Guilielmo da-
 bant; gubernatores nobis mittat Latinos,
 non Gallos, nec Provinciales. Rex fe-
 rociter respondit: Subjecti mortem me-
 riti conditiones postulant? De consilio
 Legati do veniam; sed ea lege, ut mihi
 dent octingentos obsides, quos elegero, &
 quibus faciam, quod volam; ut eis Præ-
 fectos imponam, qui placebunt mihi; &
 ut exsolvant pensiones solitas. Cum Le-
 gatus ad Messanenses hoc Regis respon-
 sum retulisset, desperatione affecti se de-
 fendere statuerunt. Qua re offensus

K 2 gravis-

sæcul. XIII.
 A. C. 1232.

882a

701a

20

01 17

Sæcul. XIII. gravissime Legatus eos diris devotos de-
A.C. 1282 claravit, præcepitque, ut omnis Clerus
 intra triduum urbem relinqueret atque
 cives intra sex hebdomades mitterent vi-
 rum, qui coram Papa compareret, & man-
 data acciperet. Dein Legatus Messana
 abiit, & Rex continuavit obsidionem.

§. LXIII.

Concilia.

Sup. §. 55. Bernardo Languisselio Archiepiscopo
Gall. Chro. Arelatensi Romana ornato purpura
to. 1. p. 6. ex & ad sedem Portuensem translato Colle-
Ughell. to. 1. gium Arelatense anno 1281 suffecit Ber-
p. 162. nardum Amalaricum Remensem Cano-
to. II. p. 1174 nicum, quem Papa Martinus facello suo
 præfecerat. Novus Antistes sequente
 anno concilium provinciale cum Suffra-
 ganeis suis Avenione habuit. Ibi decre-
 tum edixit, de quo nobis decem super-
 sunt canones, & cujus præfatio pæne ad
 verbum eadem est cum exordio concilii
 Bituricensis anno 1276 per Papam Mar-
 tinum tunc Romanum in Francia Lega-
 tum habiti. Concilium Avenionense
 commendat Christianis, ut frequentent
 templa parochialia multis in locis spreta,
 & saltem diebus dominicis, ac feriis so-
 lennibus illa adeant. Prohibet, ne testa-
 mentum condatur nisi præsentem Parocho,
 præcipue ob restitutiones boni male parti.

p. 1017.

Sup. l. 86.**§. 63.**

c. 5.

a. 10.

Con-

Conqueritur, quod privilegiis affecti pro-
scriptiones ac sententias a Præpositis la-
tas contemnant.

Godefridus a S. Britio Episcopus
Santonensis hoc anno 1282 synodum e-
git, in qua querebatur, quod proscripti per
diocesim suam humarentur in cœmete-
riis vel tam prope, ut eorum tumuli, pio-
rumque sepulchra non discerni possent.
Idcirco noluit illos propius cœmeteria
quam post intervallum duorum jugerum
sepeliri, aut plura quam duo eorum cada-
vera juxta poni, ne illorum sepulturæ esse
cœmeteria sacra viderentur. Proscriptio-
num multitudo his abusibus præbuit oc-
casionem. Parochos & Vicarios testa-
menta duos intra menses a morte testa-
toris sibi mittere jussit, ne hæredes aut
executores illa celarent.

Joannes Monforæus Turonum Archi-
episcopus eodem anno 1282 ibi per tri-
dium a die lunæ 3 Augusti usque ad
diem Mercurii quintum mensis cum Suf-
fraganeis suis provinciale concilium cele-
bravit. Damnantur in eo multa errata
regnantem tunc hac in provincia litigandi
libidinem indicantia. E Clericis laicis-
que quidam tribunal ecclesiasticum fre-
quentantes, per se aut per alios insectaban-
tur homines, quibuscum nullam habe-
bant controversiam, adigebantque, ut ve-
xationem pecunia redimerent. Alii urbes,

Sæcul XIII.
A.C. 1282.

c. 6. 9.

to. II. conc.
p. 1181.

c. 1.

c. 3.

p. 1183.

c. 1.

c. 2.

Sæcul. XIII. pagos, & cauonas obibant, ut simplices
A. C. 1282. inter homines querelas litesque sererent.

c. 7. 3.

Judices profani jurisdictionem ac immu-
nitates Cleri violabant usque adeo, ut in

c. 9.

cœnobiis custodias ponerent, & intimam

c. 10.

rerum cognitionem sibi vendicarent,

quando Clerici se illis sistendi sponfionem

c. 11.

dederant. Quidam laici, quibus conteno-
tio cum Clericis erat, inhiabant suos,

ne istis aquam vel ignem ministrarent,

aut ullum cum eis commercium venden-

c. 12.

do, emendove aut aliter colerent. Alii

obstabant, ne decimæ penderentur.

LXIV.

Petrus Joannes Oliva Ord. Minorum.

Vading.

1282, n. 1.

Eodem anno 1282 Bonagratius Minister

Fratrum Minorum Generalis Argenti-

nam communia totius Ordinis comitia

convocaverat, aderantque tres ac triginta

Ministri Ordinis Provinciales, Fratres-

que septingenti. Comparebant ibi etiam

Rudolphus Austriæ Dux, Imperatoris

filius, ac Episcopi quatuor, Conradus Ar-

gentinensis, Probus Tullanus, Henricus

Basileensis, & Albertus Insulanus in Ca-

labria. Probus ac Henricus fuerant Fra-

tres Minores, & ultimus postea evasit

Archiepiscopus Moguntinus. His in co-

mitiis Frater Petrus Joannes Oliva accu-

sabatur, quod contra communem Ordinis
obfer-

observantiam locutus esset liberius, & scri-
pta errorum plena, immo hæresim quan-
dam continentia composuisset, divulgassetque. Actores erant ii, quorum solutiorem vivendi modum privatim & publice vituperaverat ne superioribus quidem parcens aperte dicendo eos corrigendos esse aut pellendos, ne corrumpere alios, totumque Ordinem ad licentiam suam pertraherent. Insuper Ecclesiæ Præsulum vitam velut mollem ac delicatam audacius carpebat. Conventus voluit, ut Bonagratius Gallicam, in qua hic Frater ageret, provinciam lustrans hominis mores ac scripta examinaret: quod sequente anno executioni datum.

Sæcul. XIII.
A.C. 1282.

Petrum Joannem Olivam Serignani in Occitania natum parentes sui anno 1259 in Biterrensi cœnobio S. Francisco obtulerant duodecim habentem annos. Ingenii vis, morum gravitas, ac eruditionis amplitudo ei omnium amorem ibi conciliabant. Parisios profectus primam Theologiæ lauream obtinuit. Suo rigidæ observantiæ studio ardoreque contra remissionem disciplinæ se multis exosum reddidit, ac de se conquerendi ansam sæpe præbuit per suas opiniones singulares ac extensas nimium; quas in scripta diffudit sua. Anno 1278 coram Ordinis Ministro Generali Hieronymo Asculano incusatus est, quod novitates in quibus-

Vading.

1278. n. 28.

Idem script.

p. 284.

Vading.

1278. n. 27.

Secul. XIII.

A. C. 1282

Id. 1283. n. 1.

dam de SS. Virgine opusculis protulisset. Hieronymus ista legens propositiones illas tam immoderatas videbat, ut authorem ipsam eas comburere juberet, qui minime repugnans paruit.

Post comitia Argentinensia Bonagratius in Franciam delatus Petri scripta omnia ad se afferri voluit, ac Parisiis excutienda dedit quatuor Ordinis Doctoribus & tribus prima donatis laurea, quibus una omnes voce multas in iis propositiones condemnabant, quasdam ut periculosas, alias ut male sonantes, censuramque suam scripto dederunt sigillis septem munitam. Bonagratius hac recepta Avinionem, ubi Petrus complures habebat sectatores, eos errore exsolutum. Eodem Petrus venit e loco domicilii sui quanquam admodum remoto sine permissu Ministri vel Generalis vel Provincialis. Indignatus enimvero Bonagratius Religiosum convocavit coetum, in quo Petrus tam facunde disseruit, ut eum mitigaret. At ille monebat hominem, ut deinceps scriberet cautius, & sparsos errores interim revocaret. Letalis motibus, qui corripuit Bonagratium, infectiones Petri tum quidem stetit: cujus errores mitebantur fanatico Abbatis Joachimi & Joannis Parmensis systemate de Evangelio Spiritus Sancti.

Sup. lib. 83.

S. 54

Petro Siciliae corona imponitur.

Petrus Arragoniæ Rex 10 Aug. 1282
in urbem Siciliae Drepanum advenit:
unde Panormum terrestri profectus itine-
re, ibi agnitus est Rex, ac solenniter co-
ronatus ab Episcopo Cephalædis parvæ
urbis in Sicilia, quia Panormitanus Ar-
chiepiscopus se ad Papam receperat. Mox
dein Rex Petrus suppetias Messanam mi-
sit, cujus obsidionem solvere Rex Caro-
lus, Italiamque repetere cogebatur. Ibi
ad Petrum scripsit epistolam, in qua eum
vocat prædonem, & injustum possesso-
rem, injuriisque onerat. O pessime cun-
ctorum hominum! ait, non considerasti
insuperabilem Ecclesiæ vim, universis
gentibus summo jure imperantis. Hæc
est, quam terra, mare, cælum adorant,
& cui tributum pendere debent, quot-
quot sub sole vivunt. Tum celebrat vi-
ctorias de Manfredi & Conradino a se
relatas; concluditque jubendo Petrum
lectis litteris suis e Sicilia confestim egre-
di: alioqui minatur se facturum, ut ipse
cum suis, perfidisque Siculis intereat.

Petri responsum non minus est ferox.
Objicit Carolo necem Manfredi, & multo
acrius juvenis Conradini cædem, quam
appellat execrandum scelus, Principem
Principi capto vitam eripuisse nunquam
antea

*Malefp.**c. 212.**Fazel. l. 9.**c. 1.**ap. Petr. de**Vin. l. 1.**ep. 38.**ep. 39.*

Sæcul. XIII antea auditum asserens. Exprobrat
 A. C. 1282. oppressionem Siciliæ, exactiones iniquas
 & violentas, instructas in innocentes spo-
 liandos calumnias, vitiatas foeminas, de-
 negatamque justitiam. Extollit jus Re-
 ginæ conjugis suæ, ac finit per commu-
 nationes.

S. LXVI.

Rex Petrus a Papa proscribitur.

Interim Papa Monte Flascionis erat. Fe-
 festum S. Joannis diem relinquere. Ro-
 mam coactus per turbas a duabus An-
 baldorum Ursinorumque factionibus con-
 citatus. Illic die dedicatæ S. Petri Ro-
 filicæ Romanæ 18 Novembris editi
 longas contra Petrum Arragonum Re-
 gem litteras, in quibus Siciliæ res a tem-
 pore Friderici per Innocentium IV in Lug-
 dunensi concilio exauthorati repetit: re-
 fert Siciliæ seditionem contra Regem
 Carolum, monitionem die Ascensus Do-
 mini Urbe Veteri promulgatam, legatio-
 nemque Cardinalis Gerardi: postea ve-
 nit ad Regis Petri ingressum in Siciliam
 quem vocat occupationem injustam, quis
 jus ad illam, quam sibi per conjugem
 suam tanquam Manfredi filiam assereret,
 nullum esset, cum Manfredum ipsum
 Fridericum ejus patrem hoc regno Roma-
 na privasset Ecclesia.

Rayn. n. 28.

*to. II. conc.
p. 1187.*

*Spicil. to. 2.
p. 649.*

Quo

Quo magis odiosum reddat Petrum, exponit, quomodo Rex Petrus II avus eius Romam venerit coronandus, Papæ Innocentio III fidelitatem juraverit, suum regnum Ecclesiæ Romanæ obtulerit simul & submiserit, tributumque annuum eidem in perpetuum sponderit. Martinus Petrum III perfidiæ arguendi ansam inde sumit; velut etiam ex eo, quod iste in ethnicos ire se simulaverit, ut in Regem Carolum eos impugnandi causa cruce indutum arma sua verteret, non præmissa provocatione, hoc est, non indicto bello. Hinc Papa infert Regem Petrum ac partes ejus incurrisse in censuras monitionis die Ascensus Domini promulgatæ. Quam ob rem illos ab Ecclesia se- junctos, eorumque terras interdicto affectas expresse denunciatur, prohibens, ne Petrus Siciliæ Regis titulum sibi vendicet, aut ullam ejus functionem exercent. Censuras extendit in Imperatorem Michaëlem Palæologum tanquam merito suspectum de suppetiis Regi Petro missis ad invadendam Siciliam; irritas declarat pactiones quaslibet hanc ob expeditionem factas: & minitatur se puniturum omnes ejus participes tam Clericos quam profanos. Denique Petro diem festum Infrantis se Magnæ Matris, aliis remotioribus primum Aprilis, & Palæologo primum Maji præstituit, ac enunciat, nisi

memo-

Sæcul. XIII.
A.C. 1282.

p. 1191.
Sup. lib. 76.
§. 10.

p. 1193.
Rayn. 1282.
n. 23.

Sæcul. XIII. memoratum intra spatium Petrus exierat
A.C. 1282. e Sicilia, ac reliqui Ecclesiæ mandata
 se subjecerint, eorum bona occupanda, p
 frosque capiendos quibuslibet a se expo
 ni, & cunctis prædiis beneficiariis, aliis
 que bonis, quæ ab Ecclesia habeant, pro
 vari, illorum vero clientes fiduciariorum
 juramento fidelitatis absolvi; sequen
 tum sibi velle jus exuendi Petrum regem
 Arragonio, & pro ratione criminum po
 niendi post illud tempus elapsum. Hæc
 est summa litterarum, quæ promulgatæ
 sunt Monte Flasconis 18 Nov. 1282.

§. LXVII.

Michaël Palæologus moritur. Andronicus Imperator.

Imperator Michaël Palæologus huic sen
 tentiæ tam brevi superstes fuit, ut ve
 risimile non sit illum notitiam ejus acce
 pisse. Joannem Sebastocratorem Principem
 pemque Thessaliæ pacis secum in Italia vi
 latorum submissurus, Tartaros trans Danu
 nubium habitantes advocaverat: & in
 summum incurrerat vituperium, quod
 ethnicos accivisset, ut Christianis infer
 ret arma. Hanc in expeditionem Julii
 medium Novembrem educens copias jam
 non bene se habebat: & itinere malum
 augente Medici eum morti proximum
 judicabant. At nullo id ei dicere aucto
 ritate
 unus

*Pachym. l. 6.
 c. 35.*

*Gregoras
 lib. 5. c. 7.*

*Pachym.
 c. 36.*

unus eorum Principem Andronicum ejus ^{Sæcul. XIII.}
 filium natu majorem successoremque ^{A.C. 1282.}
 hac de re monuit. Qui & ipse tam tri-
 stis nuncius esse metuens, illud excogita-
 vit, ut Evcharistiam curaret afferri per
 Sacerdotem aulicum convenientibus a-
 mictum ornamentis. Cubabat Impera-
 tor fixis in pariete oculis aliquid attente
 cogitans: ex parte altera stabat Sacer-
 dos, & sacra mysteria tenens manibus
 expectabat, dum æger se inverteret. Cum
 ille diu siluisset, tandem Imperator, sive
 quod persentisceret aliquid, sive alia de
 causa ad eum conversus intellecto consi-
 lio, quid hoc esset, quærebat. Sacerdos
 reposuit: Postquam Deum pro te oravi-
 mus, apportamus tibi etiam dona sacra,
 quæ te sanitati restituent. Interpellans
 eum Imperator relicto toro sumptoque
 balteo symbolum recitabat. Tum Evan-
 gelicis utens verbis: Domine! aiebat,
Salvifica me ex hac hora! & inter debita ^{Joan. 12. 27}
 reverentiæ signa sacram accepit commu-
 nionem. Lecto redditus brevi efflavit a-
 nimam. Principis hujus vita parum
 Christiana postulasse videtur, ut ad præ-
 bendum sibi sacrum viaticum pararetur
 diligentius.

Vixerat quinquaginta octo annis; & ^{Sup. lib. 84.}
 viginti quatuor viginti diebus minus re- ^{p. 61.}
 gnaverat, scilicet a primo Januarii 1259
 usque ad diem Veneris 11 Dec. 1282 se-
 cundum

Sæcul. XIII.
A. C. 1282.

Pachym.
Andr. 1.7.c.1

cundum Græcos 6791. Ejus cadaver in monasterium a castris, ubi obierat, longe remotum celeriter & noctu quidem delatum fuit ac sine ulla ceremonia sepultum. Andronicus enim novus Imperator consensionem cum Latinis per suum patrem suum tanquam hujus auctorem sepultura ecclesiastica indignum censuit ejusque corpus duntaxat contegi in humo injecta voluit, ne discerperetur bestiis. Numerabat viginti quatuordecim annos, cum patri suo, quo vivo volente coronatus Imperator erat, succederet: & quadraginta novem annorum summæ rerum præfuit.

§. LXVIII.

Andronicus reconciliationem cum Latinis facit irritam.

6. 2.

Constantinopolim reversus nihil habebat antiquius quam tollere schisma quod reconciliatio cum Latinis inter Græcos excitaverat. Hanc ad curam sua sponte propensum amita sua Eulogia impellebat. Qua Principe suadente intulit se purgare schismaticis velut suis in gratiis inductum ad ea, quæ consensio nis causa pater fecisset suus. Exposit se poenitentia tangi paratum ad subeundas poenas, quas ad expiendam ipsius culpam necessarias judicarent; litteras

que ad Papam a se scriptas, & inserta
eis juramenta a sola authoritate patria
profecta esse. Hanc loquendi rationem
Andronico præter Eulogiam inculcabat
Theodorus Muzalon Magnus Logotheta
seu Cancellarius, qui, ut illa, solo Eccle-
siam in statum bonum redigendi studio
teneri se simulabat. Sed plerisque per-
suasum erat, eos nihil agere nisi præ-
occupatis & iniquis in mortuum Im-
peratorem animis. Nam Eulogia qui-
dem se in castrum quoddam cum altera
filia relegatam, alteram, nempe Mariam
Bulgaricæ Reginam male, ut vidimus, ha-
bitam esse dolebat. Muzalon autem vir-
gis exceptus fuerat ob decrectatam le-
gationem in Italiam. Ambo Patriarcham
Veccum oderant veluti causam malorum,
quæ passi erant.

Imminebat Christi natalis, quo Im-
perator ex more comparere, divinumque
officium solenniter in palatio celebrari
debebat. At is publice spectandum se
non dabat suam de amisso patre mœsti-
tiam causatus: nec res divina ritu au-
gustiore peracta est, ne ibi mentio Vec-
ci tanquam Patriarchæ fieret, quan-
quam obtentus alii usurpabantur, qui
neminem fallebant. Eulogia fratrem
suum e sensu naturæ deplorabat: fin-
gebat tamen se multo magis lugere
miseram ejus animam, quippe qui ste-

Sæcul. XIII.

A. C. 1282.

Sup. §. 24.

25.

c. 3.

Sæcul. XIII.

A.C. 1282.

tisset a Latinis : dicebatque ad Imperatricem Theodorum affinem suam nihil hic sperandum, & quidquid pro illo fieret, neutiquam ei profuturum. Quare cum duo Patriarchæ Josephus ac Joannes Veccus Imperatricem viduam consolatum venissent, dolore oppressa quid pro anima mariti sui agendum esset, rogabat. Et quia Josephum loquebatur, prima prodidit consilium revocandi hujus Præsulis, quod Imperator Andronicus intimo in recessu animi sui tegebat. Etenim apud Josephum agebat noctes, eum reducere studens licet is pæne cadaver duntaxat esset respirans paululum. Sic patefacto Andronici proposito Josephum, ut patriarcham denuo solium conscenderet, fautores urgebant sui; aliqui per causam Ecclesiæ instaurandæ removendo offendiculum consensionis cum Papa; alii ob sperantem extollendi se plus æquo, ac reconciliandi Ecclesias, puniendique discordes per authoritatem Patriarchæ, quod exsecuti sunt postea. Ita ferocientium præcipui duo erant Galaction Galefinus ac Melecus e cœnobio S. Lazari. Imperator Michaël alterum oculis, linguam alterum privari jussit.

§. LXIX.

Sæcul. XIII.
A. C. 1282.*Josephus denuo fit Patriarcha.*

Tum Imperator Andronicus per nuncium Patriarchæ Vecco suum de ipso decretum excusavit, id non contemptui ejus, sed necessitati tribuendum asserens. Nam offensus, inquiebat, inter multitudinem hominum denuo suscitata optimæ mentis viros abripit. Oportet autem initio regiminis mei sedare erumpentem procellam. Audio permultos viros spectabiles schismati suo Josephi recessum prætexere. Amicitiam tuam mihi tam persuasam habeo, ut solium mihi meum firmandi gratia non dignitatem modo tuam, sed vitam ponerem: & licet alius tuum occupet locum, non minus te colam & amabo. Hæc Andronicus Vecco per Archidiaconum Meliteniotes dicitur curavit.

Joannes Veccus erat vir integer, ac muneris pertæsus sui, ut sæpe verbis factisque suis docebat: immo sperabat Josephi reditum boni aliquid effecturum. Idcirco postridie, natalem Christi nempe 26 Dec. 1282 in monasterium sanctissimæ *Sine Labe* Virginis se contulit stipatus præscio, quod ab Imperatore poposcerat, ut securus esset ab injuriis, quas de Clero aliquis ipsi facere posset; reapse

Histor. Eccles. Tom. XXII. L. vero,

c. 4.

Sæcul. XIII. vero, ne Deus ipsi stationem ignaviter des-
 A.C. 1283. sertam exprobraret.

6. 5.

vnot. *Poffini*
 p. 517.

Trigesimo primo Decembris sub ve-
 sperum Josephus spiritum ægre ducentem
 in lectica ad patriarchale palatium por-
 tabatur comitante utrimque magno nu-
 mero reditum sibi suum gratulantium in-
 ter cantus plaususque manuum ac æri-
 campani sonos ex turre templi primarii.
 Postero mane Clerus more suo ad can-
 tandum officium venit, etsi nullum ejus
 signum fuisset editum. Sed templum
 occlusum videntes Clerici ingressum ejus
 vetitum esse audiebant. Persistentes ta-
 men foris celebrabant officium: tam-
 lenni enim die Cerat primus anni 1283
 id sibi haud omittendum ducebant. De-
 nique suas abiire domos, quid hanc in-
 hibitionem sequeretur, expectantes.

§. LXX

Schismaticorum ratio agendi.

Altero die 2 Jan. fiebant ceremoniæ ad
 reconciliandum templum primarium
 spectantes: aspergebantur aqua lustrali
 porticus exteriores ac vestibuli, suggestæ
 & columnæ, atque intra ædem sacræ
 imagines, quas Schismatici profanatas
 credebant. Cæcus Galaction utrumque
 latus permeabat aquam lustralem spar-
 gens.

gens. Spectatores pariter purgabantur
ita volentes.

Sæcul XIII.
A. C. 1283.

c. 6.

Homines profani mittebantur ad monachos, qui eis diversas irrogabant poenas pro varietate graduum communionis, ad quos admitti cupiebant. Ut assistere Psalmis, & panem sacrum seu benedictum liceret accipere, mediocres injungebantur poenæ, major suscepturis sanctissimum Christi corpus. Episcopis Clericisque adeundus erat Patriarcha, qui poenam ipsis imponeret: at revera schismatici eam præscribebant propter vitiosam illius valetudinem. Generatim ejus nomine abutebantur ad Ecclesiam pro arbitrio suo regendam, cum sæpe facerent, ut invitus consentiret in ea, quæ volebant. Denique in templo publice legebant decretum ejusdem nomine factum, ut Episcopi & Sacerdotes ad trimestre spatium a functionibus abstinerent suis; & laici poenam subirent commensam cum gradibus communionis, qui sigillatim designabantur. Duobus Archidiaconis Constantino Meliteniotæ ac Georgio Metochitæ prorsus abrogabatur suum officium, quia ab Imperatore Michaelæ Romam per legationem missi sacrificio, quod Papa celebrabat, astiterant: quanquam Religiosi a Papa Constantino-polim missi pariter Patriarchæ Josephi sacro adfuerant cum Joanne Parastronio.

Sup. lib. 86.
§. 56.

L 2

In

Sæcul. XIII.

A. C. 1283.

c. 7.

*Fucholog.**Goar. p. 449.**Ducang.**C. P. Chr.*

p. 21.

*Et Gloss. Gr.**Hagiafma.*

p. 11.

In vigilia Epiphaniæ nempe 5 Janu-
 1283 vespere Schismatici Clerum ad Psal-
 mos admifere. Tum solenni ritu sacra-
 batur aqua baptismalis, ut quotannis hoc
 die fiebat in memoriam baptismatis Chri-
 sti. Fiebat vero Constantinopoli in area,
 quæ erat in præcipuo aditu templi S. So-
 phiæ, & in cujus medio fluebat largus
 fons, ubi populus, antequam intraret
 templum, manus & faciem lavabat: qua-
 propter hæc area vocabatur Phiala.
 Huc proin ad consecrandam seu benedi-
 cendam aquam convenere Clerus, popu-
 lus, Græci, & Latini. Cæcus Galaction
 præsidebat ritibus: erat ibi magnum lu-
 minare; Latinisque ipsis porrecti fuerant
 cerei. Id quod videbatur spectaculum
 mirum considerantibus templum abhinc
 triduo sua causa reconciliatum fuisse: so-
 mniare se putabant. Sed Imperator
 schismaticos agere omnia patiebatur, fa-
 cturum se sperans, ut Græci inter
 se consentiant.

